Google

## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

Digitized by Google

3 2044 106 327 745

Fl 43 W 17

HARVARD UNIVERSITY

LIBRARY

OF THE

GRAY HERBARIUM

Received 13 July, 1911.

Digitized by Google

Digitized by Google

176.

Döll. Simon Sandberger

Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNIS DANIELIS LEERS

# FLORA HERBORNENSIS

EXHIBENS

PLANTAS

CIRCA

HERBORNAM NASSOVIORVM

CRESCENTES,

SECVNDVM

SYSTEMA SEXVALE LINNAEANVM

DISTRIBVTAS,

CVM DESCRIPTIONIBVS RARIORVM IN PRIMIS GRAMINVM,

PROPRIISQVE OBSERVATIONIBVS ET NOMENCLATORE.

ACCESSERVNT

GRAMINVM OMNIVM INDIGENORVM EORVMQVE ADFINIVM

ICONES CIV.

AVCTORIS MANV AD VIVVM DELINEATAE AERIQVE INCISAE.




HERBORNAE NASSOVIORVM

SVMPTIBVS AVCTORIS

MDCCLXXV.

Digitized by Google

July 13, 1911
Gray Herbarium
Harvard University

Digitized by Google

SERENISSIMO. AC

CELSISSIMO. PRINCIPI. DOMINO

# DOMINO

# GVILIELMO. V.

PRINCIPI. ARAUS. ET. NASSAVIAE

FOEDERATARUM. BELGII

PROVINCIARUM. GVBERNATORI. HEREDITARIO

ET. IMPERATORI. TERRA. MARIQVE. SUPREMO

RELIQVA.

ACADEMIAE. HERBORNENSIS

RECTORI. MAGNIFICENTISSIMO

PRINCIPI. AC. DOMINO. LONGE

CLEMENTISSIMO.

Digitized by Google

Digitized by Google

# SERENISSIME
# P R I N C E P S
## CLEMENTISSIME
# PRINCEPS
## AC DOMINE!

Haec opella, quam ad CELSITUDINIS TUAE pedes humillime & ſumma cum reverentia, tanquam patriae Florae primitias, in meae erga TE pietatis ſignum deponere audeo, enumerationem Plan-



Digitized by Google

tarum Vegetabiliumque continet, quae in plantis abundante tractu urbis TUAE Herbornae, ſub TUO illuſtri glorioſoque regimine feliciſſimae, ſponte naſcuntur.

Hunc quem multorum annorum intervallo tandem ad finem perduxi laborem, quique mihi multum negotii ac moleſtiae faceſſivit, votum meum ardentiſſimum effecit: ut nempe ad elaborationem cultumque hiſtoriae nat. Naſſoviae, & in primis Botanices, partis in hoc quo vivimus ſeculo, tam in Medicina, quam Oeconomia, quovis reſpectu maximi momenti, quidquam conferrem.

Feli-

Digitized by Google

Feliciſſimum me praedicabo, ſi quem mihi propoſui finem, etiam quodammodo tantum adſecutus fuero. Quodſi TUA CELSITUDO huic meo labori calculum Suum adjicere, eo SE oblectare, & hoc leve opuſculum SUA ſumma gratia & patrocinio dignum judicare non dedignabitur; hoc & maximum, quo affici poſſum, laboris mei quem huic operi impendi, praemium erit, & ſtimulum addet ad hiſtoriae nat. ſtudium, ſi mihi vita contigerit, amplius excolendum.

Ceterum ad Summum Numen ſupplices mitto preces, ut TIBI longiſſimam det lucis uſuram, & univerſam regiam domum ſalvam ac incolumem



Digitized by Google

ad ultima usque tempora conſervare velit, quo TE diutius, & quamdiu in mortalium numero futurus ſum, venerari & ſumma cum obſervantia perſequi poſſit

TUAE CELSITUDINIS

MEI CLEMENTISSIMI PRINCIPIS

AC DOMINI

SVBIECTISSIMVS CIVIS AC

SERVUS

JOANNES DAN. LEERS.

PRAE-

Digitized by Google

# PRAEFATIO.

## Lectori B. S.

Amor ſtudii Botanici, quo jam a teneris annis captus ſui, anſam mihi dedit, ut tam arduum laborem ſuſcipiens, ſtirpes in hac plantarum ditiſſima urbis noſtrae regione ſponte provenientes, per octodecim annos colligerem, ad quem etiam magna ex hoc ſtudio ſemper percepta voluptas accedebat, hunc meum ardorem magis magiſque incendens. Aſcendi eum in finem adjacentes montes, viſitavi prata, campos, ſilvas, meque demiſi in nemora umbroſa, paludes cet. Quam collectionem ſtirpium rite examinatarum & in ordinem redactarum Tibi B. L. offerre non dubitavi, ſperans fore, ut hanc a me ſuſceptam operam grato animo accipias, minimeque ſupervacaneam eſſe putes.

Numerus quidem plantarum, quae in hoc opuſculo recenſentur, reſpectu aliorum haud ita magnus eſt, cryptogamicis exceptis; ve-



Digitized by Google

rum haec collectio, ſi ad ſpatium vix ſemimilliare ab urbe diſtans, in quo plerasque harum ſtirpium collegi, reſpicias, alias hujusmodi enumerationes copia, ut mea fert opinio, multum ſuperare videtur.

Me plures ſtirpes quoque colligere potuiſſe credo niſi negotia muneris, quibus domi intereſſe coactus, matutinas veſpertinasque horas tantum ambulatiunculis meis Botanicis dicare potui, me ab excurſionibus in loca ab urbe remotiora detinuiſſent.

Novae cives etiam quas, in centies perquiſitis locis, in hunc usque diem adhuc reperio, meam confirmant opinionem, Plantarum divitias a benigniſſimo Creatore in hac regione diſperſas, a me nondum exhauſtas eſſe.

Omnes ſtirpes in hac enumeratione recenſitas, ſine ullo adjutore ſocioque a me ipſo collectas, ſolus, omnique vivo auxilio, librorumque plurimorum ad hanc rem neceſſariorum ſuppellectili deſtitutus, argutiſſime examinavi, majores figura diminuta, minores naturali magnitudine depinxi, deſcripſi, & denique exſiccavi. Fateor vero harum inquiſitionem, determinationemque mihi multum negotii fe-

ciſſe:

Digitized by Google

ciſſe; Perill. Equitis a Linné Syſtema ſexuale tantum, mihi omnem, quam deſiderabam, utilitatem attulit, ac ſemper de ſtirpe quadam dubium certum reddidit; meque ut unam quamque repertam plantam cognoſcere, ejuſque genus ac ſpeciem certitudine phyſicali, determinare potuerim, docuit.

In ſtirpium Herbornenſium enumeratione celeberrimum Dr. Roſenbach in hac Academia olim Medicinae Profeſſorem Anteceſſorem quidem habui, verum opus illius, quod mihi ſine dubio multum utilitatis attuliſſet, ac certe laborem meum paululum ſublevaſſet, vetuſtatis injuria, quod dolendum, periit, nec in celeberrimis totius Germaniae Bibliothecis, quamvis multa ad hunc librum inveniendum adhibita fuerit opera, reperiri potuit. Caſpar Bauhinus tantum in ſuo Pinace hujus opuſculi mentionem facit.

Stirpes meas ſecundum Perill. Linnaei Syſt. Nat. edit. XII. Holmiae 1767. enumeravi; nomina generica ſecundum Ejusdem Gener. Plantar. Viennae 1767. Nomina ſpecifica vero, ſecundum Species Plantar. Viennae 1764. notavi. Unicuique ſpeciei autem, nomen Genericum

cum cum Numero Speciei Perill. Halleri Hiſt. ſtirp. Helvet. edit. nov. adjunxi.

Loca natalia diligenter adpoſui, ut illi inſtructionem quandam habeant, qui mea veſtigiat premere vellent.

Obſervationes paucas, plures vero deſcriptiones addidi; inprimis Graminum eorumque adfinium quae ut adcurate deſcriberem, minutiſſima quaeque perſcrutatus ſum, ac neceſſaria breviſſimis, ut potui, exhibui, imo unumquodque Gramen per plures annos, ad minimum examinavi, eorumque habitum, ac fructificationis partes adcurate deſcripſi. Attamen fatendum eſt mihi, habitum, figuramque partium adeo ſaepe variare, ut aliquoties has deſcriptiones, poſt aliquot tempus elapſum, mutare expolireque me oportuerit: nihilominus tamen ſecundum Characteres quosdam quarundam ſpecierum partes, primo intuitu, aliter ſe viſui offerent, ac eas deſcripſi, operae autem pretium erit in collatione Characterum meorum non individuum tantum, ſed plura in diverſis locis collecta, ſecundum hos examinare. Illas vero fructificationis partes, a generico Charactere Linnaeano non diſcedentes, brevitati ſtudens, in plurimis deſcri-

deſcriptionibus, non vero in Iconibus, omiſi.

Plantas omnes, quarum partes Officinas ingrediuntur, ſummo cum ſtudio annotavi, quo verae ſpecies, non autem ex ignorantia, ut ſaepe fieri ſolet, falſae colligantur: nec; in urbis noſtrae tractu ſponte provenientes, ſumptibus ab exteris adferantur.

Quasdam paucas cum cruce (†) ſignatas, quarum inveſtigatio, ob defectum ſeu mutilationem partium, mihi ſufficientem certitudinem praebere non poterat, in civium dubiorum numero habeo.

Et quia Graminum cognitio hiſce omni luce perfuſis temporibus, ob eximium, quem adfert Oeconomiae uſum magni momenti, Tironibuſque difficillima eſt, operam dedi, ut omnia gramina indigena, eorumque adfinia, ad vivum depingerem, & praecipuarum partium Icones adcuratas propria manu aeri inciſas, in majorum uſum adjungerem.

Et quum ad requiſita Botanici proprie pertineat, ut & ſit pictor ac ſculptor; exemplum magni Dillenii imitatione digniſſimum imitari mihi proponebam. Omnem itaque adhibui operam, ut

Digitized by Google

ut figuras ſumma cum adcuratione depingerem, eaſque depictas, quas aliena manus forte deformaſſet, cum Chalcographi manuductione deſtituerer ipſe aeri inciderem, caelique uſum diſcerem, cujus ope omiſſa aliaque aqua forti defigurata, emendare expolireque poſſem.

Quantum laboris & negotii vero hujus Artis primaria Experimenta mihi fecerint, vix exprimere poſſum. Quae cum ita ſint L. B. non a me ut autodidacto in arte Chalcographica, artificioſa ſpecimina multaque arte exornata expectabis, ſed hiſce iconibus ſimpliciſſimam naturam repraeſentantibus, ut ſpero, contentus eris.

Animus mihi erat Vegetabilia Cryptogamica, Muſcos nimirum & Algas, haſce umbrarum incolas, quibus ob ſtructuram mirabilem eximiamque pulchritudinem ſemper amiciſſimus fui, tanquam ſecundam hujus florae partem, non multo poſt hanc primam in lucem edere; ſed tam multa ſe mihi oppoſuerunt impedimenta, quae nullo modo ſuperari poterant, meque ab hoc opere perficiendo detinuerunt. Propterea hanc partem cum Cryptogamia, quam ſine ea mutilatam ac imperfectam

publi-

Digitized by Google

publico tradere malui. Si vires corporis longo & ad hucdum me premente malo admodum debilitate mihi poteſtatem facient, ac ſi Deo T. O. M. ſic viſum fuerit, ut hac vice ex incommoda hac valetudine emergam; Muſcos Algasque ſub tit. *Vegetabilia Cryptogamica Iconibus illuſtrata*, cum accuratis a me ipſo ad vivum depictis & autographa manu aeri inciſis figuris, emittere, animum induxi. Et cum mihi Perill. Hallerus, pro ſua benignitate omni laude digniſſima, ſuos plurimos raroſque Muſcos & Algas mecum humaniſſime communicare pollicitus ſit, haec mea collectio hoc additamento eo numeroſior, illuſtrior, ac utilior evadet.

Ipſo opere Dilleniano quo Muſcorum indagator carere non poteſt, deſtitutus ſum; nam Celeberr. Doct. Boehme Bibliothecar. & Prof. Gieſſae mihi quidem iſtud per literas enixe roganti, humaniſſime miſit, quia mihi autem non niſi per aliquot hebdomadas concedebatur, non multum in uſum meum convertere potui. Natura igitur, quam tantum imitabor, ipſa mihi ſufficiens erit, ad meas icones, cum artem Chalcographicam diligentius nunc quam antea excoluerim eiusque plurima arcana detexe-

texerim, adeo naturae ſimiles aeri incidendas, ut niſi figuras Dillenianas, Michelianasque ſuperent, iis tamen in re nulla, quae certe ad accurationem attinet, cedant.

Haec mea collectio multa alia Vegetabilia Cryptogamica rariora continebit. Non unaquaeque flora enim Anthocerote, Buxbaumia, Blaſia, Marchantia conica & hemiſphaerica, quibusdam Ricciae ac multis Jungermanniae ſpeciebus &c. gaudet. Quae tamen omnia in locis a nullo adhuc perſcrutatis ipſe primo reperi, pluraque eorum adpoſitis nominibus cum Amicis communicavi.

In ceteris fruere hoc meo labore B. L. qualiscunque etiam ſit, eumque ſerena excipe fronte, ac finis quem mihi in hoc tam arduo labore ſuſcipiendo propoſui, non immemor eſto. Qui niſi rei herbariae peritorum applauſum captem, me aliquid tamen ad Botanophilorum tironum uſum contuliſſe mihi gratulari poſſum. Dabam Herbornae Menſe Novembri MDCCLXXIV.

JOANNES DAN. LEERS.

VITA

Digitized by Google

# VITA
# JOANNIS DANIELIS LEERS,
## SCRIPTA
## AB
## HENRICO PAULO LEERS, FILIO.

Idem cum aliis, maxima cum indignatione, diu multumque obſervavi, homines plerosque in hoc mundi theatro verſari, absque ut ſentiant, pulchritudinem, ordinem ac ſapientiam ex naturæ operibus elucentem: cum tamen, Cl. LINNÆO (*a*) judice, *rerum creatarum indagatio ab hominibus ſibi relictis ſemper æſtimata*; *vere eruditis ac ſapientibus ſemper exculta*; *male doctis & barbaris ſemper inimica fuerit*; cumque eruditiſſimus quisque inficias ire non potuerit, hanc ſcientiam mirificam & utilitatem & voluptatem adferre cultori. Ego quidem

 a prima

(*a*) LINN. Syſt. Nat. edit. Holm. XII. Tom. I. p. 14.

á prima ſtatim ætatula, amorem quaſi a natura inſitum percepi doctrinæ naturalis, ſimulque in hunc usque diem ea, mirum in modum, delector, mihique hoc plus ſemel in optatis fuit, ut hiſtoriæ naturalis ſcientia pateret latius, ita ut non tantum eſſet diſciplina medicorum propria, ſed & Theologorum atque Jurisconſultorum fora occuparet. Non quidem opus eſt, ut multis verbis hujus ſcientiæ oſtendam utilitatem. Res ipſa, & ii, qui vel primoribus tantum labris hocce ſtudium attigerunt, loquantur. Pauca tamen hac de re ἐν παρόδῳ dicere, animus eſt.

Cum omnes in eo conveniant, ut ſapiens nihil fruſtra faciat; quare, quæſo, Deus mihi oculos dedit, & quare rationem? Nonne ad ſua opera in hocce mundo conſideranda? Si itaque Dei opificium, vel contemtui habeam, vel plane negligam, & non dignum judicem, quod a me videatur, huic fini, quem Deus ſibi in hoc mundo creando propoſuit, penitus repugno. Quod ſi vero negaveris, prodeſſe harum rerum cognitionem: magno te hercle temeritatis crimine obligaveris; cum de Deo ignominioſum ſit dicere, quædam ab ipſo eſſe effecta, quæ plane nullum habeant uſum (*b*).

Por-

(*b*) Sic e. g. uſum, quo gaudeant Inſecta, hæcce animalcula a vul-

Porro, cum omnes res creatæ ab opifice optimo maximo originem trahant, atque ex iis diuinæ perfectiones eluceant; hominis ratione prædicti eſſe puto, virtutis divinæ cognitionem, ex ſacris literis hauſtam, ope contemplationis rerum creatarum, luce pleniore colluſtrare. Ex rebus namque creatis perfectiones Dei patere, cuivis extra dubium poſitum eſt. Nimirum ſupremi Numinis potentia ex creatione, gubernatione, ac omnium rerum conſervatione evincitur. Etenim pulcerrimus nexus, qui in rebus, quas benigniſſimus creator in hocce mundo produxit, deprehenditur, evidentiſſimum divinæ ſapientiæ indicium eſt. Bonitas deinde creatoris in eo cernitur, quod, experientia teſte, omnia in hominum uſum ſint condita cet. Nam Sicuti e. g. in artificioſo quodam opere, artificis ſolertiam admiror, ſic & ex rebus, in hac rerum univerſitate a Deo productis, Ejus perfectiones colligo. In rebus creatis divinæ artis ac ſapientiæ ſunt veſtigia: Hæc adeat ille, qui Dei exiſtentiam in dubium vocare non erubeſcit. (*c*)

 Dein-

a vulgo plerumque ſusque deque habita, oſtendit Cel. de GEER.

(*c*) Videatur Clar. NIEUVENTYT L'exiſtence de Dieu demontrée dans les merveilles de la Nature.

Deinde hominem obligatum eſſe ad divina opera contemplanda, ex eo quoque recte judicatur, quod eum Deus, haud temere aut fortuito, miro varietatis ac pulchritudinis ſenſu, inſtruxit, ut & magna cupiditate res creatas contemplandi per ſe feratur. Hanc itaque ſciendi cupiditatem naturalem eſſe video, & cum haec naturæ dos, quam Deus humano cordi inſevit, non ſine ratione eidem indita videatur, & huic obtemperare meum eſſe, plane video.

Quantam non adfert tandem hiſtoriæ Naturalis notitia cultoribus voluptatem? (*d*) Etenim Animus hominis ita eſt comparatus, ut ex varietate & pulcritudine non poſſit non incredibilem voluptatem capere. Et ubi quæſo major rerum varietas (*e*) ac venuſtas reperitur, quam in regno naturæ? Item quot inveniantur animalia? Quantus numerus vegetabilium, lapidum, cet., & quanta pulcritudine ſingula ſunt exornata? Ratio, ob quam quarundam naturalium pulcritudo non ſtatim perſpi-

(*d*) *Hæc contemplatio Naturæ evadit voluptatis cæleſtis veſtibulum, cujus particeps Animus in luce obambulat, & tanquam in terreſtri cælo vitam degit. Act. Holm.*

(*e*) *Non ad unam*, inquit SENECA, *Natura formam opus ſuum præſtat, ſed in ipſa varietate ſe jactat.*

Digitized by Google

perſpiciatur, ſæpe quærenda eſt in minutiſſima ac ſubtiliſſima ipſarum ſtructura & partium coagmentatione, quæ non ſtatim in ſenſum cadit, ſed, quando microſcopiis ſubjecta fuerit, earum pulchritudo animadverti facile poteſt. Si v. g nonnullæ cives civitatis Cryptogamicæ tali eſſent magnitudine, quali Aloe indica gaudet, certe, ut mea fert opinio, plurium oculos in ſe traherent, & viridariorum Regiorum decora eſſent eximia. Qualis pulchritudo non conjuncta deprehenditur in minuta quavis beſtiola, quæ ſæpe pedibus calcatur, & a communi hominum turba ſperni ſolet? Quis enim, quæſo, ſi ſtructuram plurium inſectorum contemplatur, oculos ſatis paſcere, animumque exſaturare ſatis poterit? Hinc ipſi Magnates ac Reges hujus amore ducti, ſcientiæ naturali operam dare omni tempore conſueverunt, nec hoc ſuae dignitati dedecori eſſe putarunt, adeoque hoc modo novum illi ſplendorem conciliare voluerunt (*f*) Primum humanitatis patrem etiam, ſi quid video, hiſtoria



(*f*) Quantos fecerit Rex ille *Salomon* in Hiſt. nat. progreſſus, patet ex Reg. 4: 33. ubi traditur, eum locutum fuiſſe *de arboribus, de cedro Libani usque ad hyſſopum ex pariete naſcentem, de quadrupedibus, avibus, reptilibus, ac piſcibus.*

Digitized by Google

ſtoria naturali delectatum eſſe, ſacræ literæ teſtantur. (*g*)

Poſtremo cum omnia opera Divinam gloriam prædicent per hominem (*h*), ille itaque Autoris ſui majeſtatem ex fine creationis contemplari debet, vt hoc modo, ut par eſt & æquum, evadat, ſummi Numinis præco.

Verum enimvero infinita foret oratio, ſi omnia vellem explicare argumenta, quæ pro dignitate ac præſtantia naturalis ſtudii adferri poſſent, ſed vereor ne actum agam, cum id iam pridem a multis eruditis hominibus præſtitum ſit egregie. Hæc ergo ſufficiant, ad declarandam utilitatem hujus ſtudii. Rem ipſam attigi: nunc vero ad hujus opuſculi auctorem progrediendum videtur.

Antequam vero de Ejus vita exponam, in anteceſſum moneo, eum non criminis illius eſſe accuſandum,

(*g*) Nam legimus de primo homine Deum ad eum omnia animalia duxiſſe, ut ipſis nomina imponeret. Hinc certas notas noverit neceſſe eſt, quibus ſpecies a ſe invicem diſtinguantur. Opus propterea erat horum animalium cognitione.

(*h*) Pſalm. 118.

Digitized by Google

ſandum, cujus ſe, ut ſupra dixi, plurimi hominum reos facere ſolent, nimirum ignorationis naturæ. Beatus videlicet auctor vitæ ſuæ pretium metiri ſciebat, atque adeo, quamdiu vixit, quantumque potuit, tempus bene impendebat, ad opera creatoris contemplanda ac perſcrutanda, ſæpe dicere ſolitus: omnia alia oblectamenta (ſ. quæ tantum talia eſſe videntur, non autem re vera ſunt) craſſiora, quae v. g. a luſibus, confabulationibus & compotationibus penderent, minime comparanda eſſe cum hiſce, quarum nos, contemplatione operum divinorum, participes fieremus. Hiſce namque nos omni tempors, loco & in quacumque demum humanæ vitæ ætate, ac habitu, frui poſſe. Omnia autem ea in deliciis habebat, quae continent tria regna naturæ. Nec minus delectabatur vermiculo, pulverem inhabitante, quam altiſſima, exquiſitiſſimisque coloribus exornata, planta. Nulli adeo pepercit labori, tam in colendo Botanices ſtudio, cui inprimis operam dabat, quam in colligendis plantis. Hujus rei ſtimulum ipſi indiderat, ſicuti de ſe Ipſo in præfatione monuit, cupido quædam inſatiabilis, eique quaſi innata, quam a tenera ſtatim juventute perſenſerat, opera Naturæ colligendi, eaque cum attentione contemplandi. A primis vero annis plantas collegit, aliaque naturalia, iisque admodum delectatus eſt, & quidem ſemper

in gloriam ac honorem creatoris, optimi, maximi.

Quod vero ad originem Ejus attinet, hanc lucem adſpexit d. XXIII. Februar. 1727. *Wonſideliæ*, Baruthi urbe, ubi pater ejus *Sebaſtbuſia* oriundus, IOANNES PAULUS BENIGNUS LEERS, mercaturam magnariam exercebat. Propter præclaras ingenii atque animi dotes, quæ jam in prima juventute ſeſe exerebant, a parentibus ad ſtudia deſtinatus, & hunc in finem iis ſcientiis inſtructus fuit, quibus ſolida doctrina, tanquam fundamento, inniti debet. Sed providentia aliud plane moliebatur, nonnulla quippe intercedebant, quo minus ſcientiis operam dare poſſet. His ita ſe habentibus, apud animum ſtatuit, ſtudiis relictis, arti *medicamentariæ*, ſeu *pharmaceuticæ*, operam navare, cum in primis incredibili flagraret rerum naturalium amore, eaque libenter tractaret. A patre itaque cum fere annos tredecim eſſet natus, Norimbergam in pharmacopolium miſſus eſt, ad prima hujus artis principia addiſcenda. Poſitis feliciter hac in urbe rudimentis, Norimberga relicta, alias quoque multasque

urbes

Digitized by Google

urbes inviſit, quas hoc loco non attinet commemorare, in multisque officinis ſervivit. In primis vero Strasburgi aliquamdiu commoratus eſt, ubi Ipſi occaſio fuit addiſcendæ Anatomiæ, aliarumque ſcientiarum, quæ ad rem medicam pertineant.

Tandem a Deo A. 1755. præter ſpem atque opinionem Herbornam delatus eſt, ut ibi præfecti officinæ Academicæ officio fungeretur. Hoc in loco ſubſidere, ac vitam finire ſtatutum erat. Non ita multa poſt adventum ſuum a Pharmacopola *Magerſtædt*, relictam viduam (quæ filia erat Pharmacopolæ *Friderici*, olim Dillenburgi verſantis) in matrimonium duxit, ex qua tres filios, unamque filiam, genuit: ex quibus filii adhuc hac luce fruuntur, filia vero aliquantiſper tantum in hac vita verſata, paulo poſt animam efflavit. Verum ambo non longo tempore fruebantur, quæ ex hoc jucundo conjugio fluebat iucunditate, ſed mors funeſta mox hocce vinculum, quo arte conjuncti erant, diſſolvit, ſiquidem uxor ejus dilectiſſima morbo, in puerperio ultimo, correpta, A. 1764. diem obiit.

 Quo

Quo facto, cum res ejus familiares non paterentur, ut diu vitam ageret cœlibem, altera vice, cum virgine C. M. e gente *Textoria*, oriunda *Giſſa*, connubium, iniit, ex quo ipſi filius natus eſt, qui autem, non multo poſtquam in lucem editus fuerat, morti occubuit.

Ab eodem Anno 1764., quo hanc virginem domum duxerat, cœpit infirma uti valetudine, morboque affligi gravi, & quidem ſic dicto hypochondriaco. Hujus morbi ſedes in alvo erat, hinc diris capitis doloribus excruciabatur, & defectu virium admodum laborabat. Vis hujus mali erat tanta, ut nulla ſpes ſalutis reliqua eſſe videretur. Sed Deus T. O. M., qui ipſum adhuc aliquandiu in hac vita, verſari voluit, donicum liberi ſui, usque huc impuberes, ephebis excederent. Ergo remedia ſalutaria eſſe juſſit, adeo quidem, ut denuo ſanitatem recuperaret.

A. 1770. iterum perículoſo affectus eſt morbo, quem artis ſalutaris periti Anginam appellare ſolent. Etiam maximum aderat periculum, omnesque vitæ ſuæ finem appropinquare credebant. Sed Deus, apud quem poſſibilia ſunt, quæ, apud homines limitata ratione præditos impoſſibilia eſſe videntur, omnibus de redintegranda valetudine deſperan-

ſperantibus, ſe interpoſuit, eumque ab hoc quoque morbo liberatum, ſanitati reſtituit.

A. 1772. in febrem incidit putreſcentem, cujus morbi vis tum temporis in noſtræ urbis regione late vagabatur, ipſique mortem minari viſa eſt, ſed Deus cujus bonitas immenſa eſt, effecit, ut & hoc morbo explicaretur.

Sed morbus ultimus hic corpus ſuum usque adeo debilitarat, ut usque in Septembrem A. 1774. continuo levi eſſet valetudine. Membra ejus tali ſemper languore laborabant, ut levem quandam deambulationem ſtatim ejusmodi ſequeretur laſſitudo & virium proſtratio, quæ vix exprimi poteſt, aliaque ſeſe exerebant morbi imminentis indicia, ſicuti & hujus menſis initio, morbo quodam pertinaci ac admodum acerbo, corripiebatur. Initium morbi erat Colica ſpasmodica, quæ cum febre, ut vocari ſolet, tabida, conjuncta erat, ſingulis noctibus ipſi magnum ſudorem exprimente. Quo fiebat, ut optimis & ad vitam ſuſtentandam neceſſariis viribus privaretur, quod non niſi mortem ipſi adferre poterat. Denique ſucceſſu temporis magis magisque, viribus frangebatur, ut maxime lectulo affixus ſederet, ita, ut tandem proprio Marte ire non poſſet, ſed duci oporteret. Omnibus autem admirabile viſum eſt, eum, licet diris conficeretur dolori-

Digitized by Google

loribus & præ laſſitudine pedem vix movere poſſet, miram tamen animi præſentiam ac æquabilitatem retinuiſſe, ita quidem, ut ſemper pias preces effunderet, quibus, tanquam antidoto contra morbi cruciatus, uſus eſt. Nullis parcitum eſt remediis ad eum hocce morbo levandum. Cel. Dr. & Prof. *Hoffmannus* t. t. Acad. Herbornenſis Proreſtor, & Clar. Dr. *Ebertz*, advocati ipſum inviſerunt, multaque curarunt: quin imo Ipſe nonnunquam ſibi quædam ex officina ſua præſcripſit. Sed nihil horum exoptatum effectum habuit, omniaque irrita fuerunt: Ipſemet enim ſentiebat vitæ ſuæ finem appropinquare, ſibique ex hac vita diſcedendum eſſe.

Omnibus itaque exacte diſpoſitis, quæ ad rem domeſticam attinerent, ut Chriſtianus conſtans, quem nec mortis terror concutere poteſt, mira animi tranquillitate mortem exſpectabat, qui ſuis doloribus finem imponeret. Neque etiam ſibi longiorem exoptavit vitam, ſed libenter mori voluit & quavis hora optavit. Tandem & voti ſui fuit damnatus!

nam

Digitized by Google

nam 7mo die Decembris, hora poſt meridiem fere tertia, interna viſcerum inflammatio, doloribus & vitæ finem fecit.

Talem exitum habuit vita viri, qui propter multa ſua, eximiaque merita, quamdiu in hac vita verſabatur, ab omnibus, qui eum æſtimare poterant, eximio amore colebatur. Urbs ejus obitu rerum naturalium peritiſſimum & in multis artibus ac ſcientiis verſatiſſimum amiſit Virum: Liberi vero ejus patrem, cujus obitum numquam ſatis elugere poterunt.

Conſiderato itaque vitæ curſu exituque, deſcribenda erit, partim Parentis beati cognitio rerum naturalium, partim character Eius moralis.

Quod quidem ad cognitionem ejus attinet in rebus naturalibus, (*i*) Regno in primis Vegetabili operam

(*i*) Deplorandum eſt, quod hujus opuſculi autor, nunc inter cœlites triumphans, in ætatis ſuæ flore debitum naturæ perſolverit, ſiquidem ipſi animus erat, poſt editam hanc

Digitized by Google

operam dederat, ductu Botanicorum facile principis & Sueciæ immmortalis decoris Cl. LINNÆI; quem ſemper magni fecit, cujusque non ſine intima quadam veneratione mentionem injecit, ſæpius dicens: multa ipſi in Botanicis eſſe accepta referenda. Ratio, de qua hunc præ ceteris Botanices peritis, eximio quodam amore, proſecutus eſt, hæc fuit, quia omnia ſolidiſſime tractaſſet. In urbe Herborna autem primum, intentis viribus, Botanicæ operam dedit, multaque illam diligentia tractare cœpit, ad quam ipſi quoque plantarum ditisſima circa Herbornam regio anſam dedit. Plantas colligere incepit, & nulli propterea pepercit labori, viſitans omnes circa Herbornam locos, ita quidem, ut nullus fuerit circa urbem locus, cui non veſtigia ſua impreſſit: vereque de eo dici poteſt, quod Perill. HALLERUS in præfatione ad Floram Jenenſem de *Ruppio* ait: eum *omnes agrorum*

---

hanc, *circa Herbornam creſcentium plantarum collectionem*, atque plantarum *cryptogamicarum completam hiſtoriam*, etiam imperium animale intrare & h. c. d. *Faunam Herbornenſem* conſcribere, de qua ſibi in anteceſſum multum voluptatis promittebat. Sed providentia ſemper ſapiens ac benigna, in qua acquieſcere noſtrum eſt, Ipſum præmaturam mortem obire juſſit.

*rum ſilvarumque angulos perreptaſſe.* Octodecim namque annorum ſpatio collegit plantas, quas hæc opella continet: & tandem, licet magno cum labore ad finem perduxit.

Optimum vero erat, quod Deus ipſi tamdiu lucis uſuram conceſſerat, donec hoc opus, exceptis nonnullis adhuc plagulis, impreſſum, & reliquum Ipſimet ante obitum jam ſcriptis conſignatum eſſet. (*k*) Promiſerat quidem in fine Muſcorum & Algarum, ſe velle, ſi vitæ uſura ipſi concederetur longius, completam *plantarum Cryptogamicarum*, circa Herbornam naſcentium *hiſtoriam* tradere; (*l*) ſed morte præventus, promiſſis ſtare non potuit.

Si

(*k*) Ea, quæ ego poſt obitum ſuum typis excudenda curavi, ſunt Præfat. Dedicat. ac Nomencl.

(*l*) Cum in primis beatus Parens plantas Cryptogamicas in deliciis haberet, quarum inſigni copia regio noſtra ditata eſt, cumque præterea perilluſtris HALLERUS plurimos de ſuis rarioresque muſcos Patri roganti promiſiſſet, quos ego demum poſt obitum Eius, a Viro humaniſſimo, cui propterea tantas, quantas mens mea capere poteſt, gratias lubens

Digitized by Google

Si denique ad religioſos ſenſus Eius moresque reſpiciamus, ut fervidus doctrinæ Chriſtianæ confeſſor vixit, ac per totam vitam in id incubuit, vt, quantum fieri poterat, Chriſti ſervatoris præcepta obſervaret, & officiis ſuis, quæ ipſi erga Deum & proximum præſtanda erant, pro viribus ſatisfaceret. Hinc quoque in vitæ fine mira animi tranquillitate, animam efflare, & ſpiritum ſuum immortalem Servatoris manibus tradere poterat. Sancte ergo non tantum vixit, ſed & moribundus exemplum præbuit adſtantibus, quanta hilaritate ac pace Chriſtianus ex hac vita diſcedere poſſet. Ita ut votum meum tandem aliquando ſit hoc, ut *moriar morte bujus Iuſti, & finis meus ſit, ſicut finis Illius.*

---

Iubens meritoque perſolvo, traditas accepi, profecto aliquid Parens in hac Botanices parte, adhucdum maxime relicta ac inculta, præſtare potuiſſet, quod reipublicæ Botanicæ amplificandæ & illuſtrandæ utile & fructuoſum fuiſſet, ſi id modo fata voluiſſent.

NOMEN-

# NOMENCLATOR
# LINNAEANUS
SEU
EXPLICATIO
# TERMINORUM
TECHNICORUM
IN HOC OPUSCULO
OCCURRENTIUM
ORDINE ALPHABETICO
EXHIBITA.

Digitized by Google

## Nota ad B. L.

Licet Cl. LINNAEUS in *Horto Cliffortiano*, *Philoſophia Botanica*, *Fundamentis Botanicis*, & in Libello, cui tit. eſt: *Termini Botanici explicati*, quoad maximam partem terminos botanicos expoſuerit, maxime tamen ſparſi ſunt, hinc inde colligendi, ac ordine alphabetico non exhibiti. Me propterea haud parvam apud Tirones gratiam initurum putavi, ſi hosce collectos & ordine alphabetico diſpoſitos, in Tironum uſum exhiberem.

Digitized by Google

# A.

1. *Abbreviatum* Perianthium, (572) longitudinem Tubi (857) Corollae (193) non attingens.
2. *Aborticns* Pericarpium, (573) quod ante maturitatem decidit.
3. *Abrupte pinnatum*, Pinnatum (593) terminatum neque Cirrho (142) neque Foliolo. (323) id. ac *Pinn. ſine impari.* (595)
4. *Acaulis* Planta, Caule carens. *Carduus acaulis.*
5. *Aceroſa* Folia; Linearia, (458) Subulata, (807) perſiſtentia, (577) plerumque baſi articulatione ramo inſerta. *Pinus. Juniperus.*
6. *Acinaciforme* Folium, Compreſſum, (166) Carnoſum, (122) altero margine convexo angusto, altero rectiore, craſſiore.
7. *Acinaciforme* Pericarpium, (573) cum fructus inſtar cultelli compreſſus, altero angulo longitudinali obtuſo, altero rectiore craſſiore.
8. *Acotyledones* Vegetabilia, ubi nulli omnino extant Cotyledones (199) ſub ſeminis Germinatione (352) *Cryptogamia.*
9. *Aculeatum* Folium, cum Aculei pungentes rigidi occupant Diſcum. (257)
10. *Aculeatus* Caulis, (132) Aculeis (11) Sparſis, ſ. confertis armatus. *Roſa. Berberis. Rubus.*
11. *Aculeus*, Mucro pungens Plantae (600) Cortici tantum adfixus. (non Ligno.) 730. 657. 404. 668 354.
12. *Acutum* Folium, quod terminatur Angulo acuto. (*)
13. *Adnatum* Folium, Pagina (534) ſuperiore baſi rami adnexum.
14. *Adſcendens* Caulis, Fol. Pedunc. Coroll. 4. arcuatim ſurſum verſus.

C 2 15.

(*) Si ſuper lineam ductam perpendiculum erigo, anguli qui inde utrinque oriuntur, *recti* dicuntur. Anguli rectis maiores aut minores ſunt *obliqui*. Et maiores quidem rectis appellantur *obtuſi*, minores vero, *acuti*. *Geometr.*

Digitized by Google

15. *Adverſum* Folium, cum Pagina (534) ſuperior non Coelum ſed horizontem ſpectat.
16. *Aequalia* Filamenta (303) eandem ſervantia longitudinem.
17. *Aequalis*, Corolla (193) ubi partes figura, magnitudine, & proportione aequales ſunt.
18. *Aeſtivatio*, Corollae (193) Complicatio ante explicationem Floris.
a. Convoluta (186) b. Conduplicata, (171) c. Imbricata (391) d. Valvata. e. Inaequivalvis.
19. *Aggregatus* Flos. Compoſitus (162) Receptaculo (661) dilatato, floſculis ſubpedunculatis *Jaſione*.
20. *Ala*, membrana adfixa ſemini. (712) (24)
21. *Ala*, denotat Angulum, quem cum Caule facit Petiolus (585) & viciſſim. (72)
22. *Alae*, (Caulis,) membranae foliaceae, quae ſecundum Caulium longitudinem decurrunt. (25)
23. *Alae*, Corollae Papilionaceae (545) Petala duo quae Carinae (125) lateribus utrinque adſtant ſolitariae.
24. *Alatum* Semen (712) lateribus membrana auctum, qua volitante diſſeminatur *Acer. Fraxinus. Ulmus*.
25. *Alatus* Caulis, qui ſecundum longitudinem eſt foliatus. (22) *Scrophularia*. V. *Thapſus*.
26. *Alatus* Petiolus (585) latere utrinque membrana auctus. *Citrus*. *Aurant*.
27. *Alterna* Folia, cum unum poſt alterum, tanquam per gradus circa Ramum exoritur.
28. *Alternatim* pinnatum Folium. Pinnatum (593) foliolis alternis minoribus.
29. *Amentum* Calycis (123) Species, a Receptaculo communi (152) filiformi, ſquamis paleaceo-gemmaceis diſtinctum.
30. *Amplexicaule* Folium, ſi baſis Folii utrinque ambiat latera Caulis transverſim. (713)
31. *Anceps* Caulis, angulis duobus oppoſitis acutiuſculis.

32.

32. *Androgyna* Planta. (484)
33. *Angyoſpermus* Fructus. Semina Pericarpio (573) tecta.
34. *Angulatum* Folium. Angulis (36) pluribus prominentibus. (834) (634)
35. *Angulatus* Caulis, pluribus quam duobus angulis cavis longitudinaliter exaratus. Unde obtuſangulus acutangulus (12. in not.)
36. *Anguli* foliorum, ſunt partes prominentes Folii horizontalis.
37. *Annulus* (Fungi) membrana ſ. pars Volvae (907) ſtipitem (778) ſupra medium cingens.
38. *Annulus* (Muſci) dicitur Antherae (41) margo exterior Orae elaſticus, orificium coarctans in quibusdam Muſcis. eſtque nudus ſ. ciliatus.
39. *Annua* Radix, (648) intra annum emoritura.
40. *Anomala* Corolla. (430)
41. *Anthera*, Plantarum Genitale maſculinum, (475) Pollen (607) (veram Genituram) ducens, quod matura demittit. (264) (179)
42. *Anthera* (Muſcorum) Capitulum ſ. pars pericarpiformis glabra, membranacea, ſeſſilis, (*Phaſcum*) vel pedunculo (565) inſtructa, (*Hypna*) conſtat Calyptra (112) operculo (523) Ciliis, Polline, & rarius Apophyſi (47) differt, Figura, ovata, conica &c. Subulata in *Anthocerote*, Multifida, (*Marchantia*) quadrifida. (*Jungermannia*)
43. *Antheſis* in Floreſcentia (313) peragitur, dum Antherae (41) ruptae ſpargunt ſuum Pollen (607) veſiculare ſupra Stigma. (775) Nuptiae Plantarum
44. *Apetalus* Flos. Petalis (581) carens, non Perianthio, (572)
45. *Apex* Folii ſimplicis (734) reſpicit extremitatem in quam deſinit.
46. *Aphyllus* Caulis, Foliis deſtitutus.
47. *Apophyſis* (in muſcis) Pars inferior Antherae



Digitized by Google

(41) cartilaginea incraſſata, qua Pedunculo (565) adfigitur. *Polytrichum.*

48. *Appendiculatus* Petiolus (585) ramentis foliaceis ad baſin inſtructus.

49. *Appreſſum* Folium, cum Diſcus (257) folii approximatur Cauli.

50. *Approximata* Folia, ad ſe invicem proxime accedentia.

51. *Approximata* Volva (907) fungi Pileum (586) accedens.

52. *Arboreus* Caulis, Perennis Caudice (127) ſimplici gemmifero.

53. *Arillus*, Tunica propria exterior ſeminis ſponte ſecedens, eſtque Cartilagineus (*Cynogloſſum*) vel ſucculentus. (*Evonymus.*)

54. *Ariſta*, Mucro ſubulatus Glumae (364) inſidens graminibus. eſtque *Recta* (664) *Tortilis* (831) &c.

55. *Arma*, Mucrones arcentes animalia, ne laedant Plantam.

a. Aculei (11) b. Furcae (341) c. Spinae (761) d. Stimuli (776)

56. *Articulata* Radix (648) geniculis (349) intercepta.

57. *Articulata* Siliqua (729) geniculis coarctatis intercepta. *Raphanus.*

58. *Articulata* Spica (759) Indernodiis (419) geniculata. *Carex pulicaris.*

59. *Articulate* dehiſcens Pericarpium (573) ſecundum articulos monoſpermos tranſverſim. *R Raphaniſtrum.*

60. *Articulate* pinnatum Folium, Petiolo communi (885) articulato.

61. *Articulatum* Folium, cum unum ex alterius apice excreſcit.

62. *Articulatus* Bulbus (106) conſtans lamellis catenulatis. *Adoxa.*

63. *Articulatus* Caulis ſ. Culmus (205) Internodii (419) geniculatus.

64.

Digitized by Google

64. *Articulatus* Pedunculus (564) Geniculo (349) plerumque unico inſtructus. *Rumex*.

65. *Articulus*, Culmi (205) pars geniculis duobus interjecta. Internodium (419)

66. *Aſperum* Folium, idem ac ſcabrum. (702)

67. *Aſſurgens*, Caulis. Folium, arcuatim erectum, primum declinatum (215. 216) deinde apice erectum.

68. *Attenuatus* Pedunculus (564) verſus apicem ſenſim craſſitiem perdens.

69. *Auctum*. Perianthium. (111)

70. *Auriculata* Folia, lobo laterali minore prope Baſin aucta. *Jungermannia*.

71. *Avenia* Folia, Venis deſtituta. Oppoſita Venoſis (888)

72. *Axilla*, *Axillaris*, eſt denominatio quae ſpatium comprehendit inter Caulem Ramum et Folium. Ala (21)

73. *Axillare* Folium (ſubalare) quod ad rami exitum inſeritur.

74. *Axillaris* Pedunculus, ex ala (21) ſcilicet inter folium et ramum &c. ortus. *Dulcamara*.

## B.

75. *Bacca*, Pericarpium (573) farctum evalve, non dehiſcens, ſemina nuda nidulantia (499) continens, eſtque mono - di - tri, tetra - penta- polyſperma.

76. *Barba* Corollae Ringentis (693) Labium (433) inferius.

77. *Barba* Species Pubis (628) Pili (591) paralleli. unde:

78. *Barbatum* Folium, pilis parallelis obſitum.

79. *Bicapſulare* Pericarpium (573) tri multicapſulare, a numero Capſularum. *Aſclepias*. *Aconitum*. *Aquilegia*.

80. *Bicornes*, dicuntur Plantae, quarum Corollae antheris cornutis inſtructae ſunt. *Erica*, *Vaccinium*.



Digitized by Google

81. *Biennis* Radix. altero anno florens, & deinde emoritura. *Cynogloſſum.*
82. *Bifaria* Folia, ad latera rami oppoſita, tantum enata.
83. *Bifidum* Folium, tri - quinque - Multifidum Folium a numero Fiſſurarum. Species Fiſſi. (306)
84. *Biflora* Gluma (364) duos tantum Flores amplectens. *Aira.*
85. *Bigemminum* Folium, cum Petiolus dichotomus (238) apicibus adnectit foliola (323) quatuor.
86. *Bijugum* Folium *trijuga*, *quadrijuga*, *quinquejuga*, *ſejuga* &c. Pinnatum (593) ſed foliolis (323) tantum quatuor, ſex, octo, decem, duodecim &c.
87. *Bilobum trilobum* &c. Folium, a numero loborum. Lobati (462) Species.
88. *Bilocularis tri-quadri-quinque-decem* locularis Capſula (119) a numero Loculamentorum (463)
89. *Bina* Folia-prout Terna, Quaterna, &c. Species verticillatorum (895)
90. *Binatum* Folium, *ternatum*, *quinatum*, eſt digitatum (247) foliolis tantum duobus, tribus, quinis.
91. *Bipartitum tri-quinque multipartitum* Folium, a numero Laciniarum (438) Partiti (557) ſpecies.
92. *Bipinnatum* Folium, ſ. Duplicato pinnatum, cum Petiolus (585) lateribus adfigit foliola pinnata. (593)
93. *Biternatum* Folium, ſ. Duplicato ternatum, cum Petiolus (585) adfigit tria foliola ternata (822)
94. *Bivalvis* Capſula, *tri-quadri*, *quinque* ſex &c. valvis a numero valvarum (885) in quas dehiſcit.
95. *Bivalvis* Gluma (364) duabus conſtans ſquamis
96. *Brachiae*, arborum Rami craſſiores.

97.

97. *Brachiatus* Caulis, Ramos decuſſatim (224) oppoſitos habet.

98. *Brachium*, *Brachialis*, Menſura, ab axilla ad apicem Digiti intermedii. *Pedes duo*.

99. *Bractea*, Folium florale (311) Colore & Figura a ceteris foliis recedens. *Tilia*, *Fumaria bulboſa*.

100. *Bracteatus* Pedunculus, Bracteis (99) inſtructus.

101. *Brevis* Petiolus, longitudinem Folii non attingens.

102. *Breviſſima* Filamenta (303) Corolla breviora.

103. *Breviſſimus* Petiolus. (885) Folio multoties brevior.

104. *Bulbiferus* Caulis, Bulbos (106) gerens in axillis (72) Foliorum.

105. *Bulboſa* Radix, Bulbo (106) inſtructa.

106. *Bulbus*, Hybernaculum (387) Plantae (600) ex rudimentis foliorum praeteritorum.

107. *Bullatum* Folium, ex Rugoſo (698) fit, rugis contractis, ab altera parte concavis.

## C.

108. *Caduca* Corolla, Perianthium, ad explicationem Corollae mox decidens. *Thalyctrum*; *Actea*; *Chelidonium*; *Papaver*.

109. *Caducum* Folium, brevi decidens, nec per integram aeſtatem permanens.

110. *Calcar*. Nectarium (496) ex Corolla pone in Conum extenſa. *Antirrhin. Linar. Orchides* unde *calcarata* Corolla.

111. *Calyculatum* Perianthium, ſ. auctum, quaſi alio minore Calyce exterius ad baſin cinctum. *Crepis Dianthus*.

112. *Calyptra* Calyx (113) Muſci Cucullatus, antherae (41) ſuperimpoſitus (665) (513) (900)

113. *Calyx*, Cortex Plantae in fructificatione (331) praeſens. Species ſeptem numerantur. I. *Perian-*

*thium* (572) II. *Involucrum* (427) III. *Gluma* (364) IV. *Amentum* (29) V. *Spatha* (756) VI *Calyptra* (112) VII. *Volva.* (907)

114. *Campanulata* Corolla, Ventricoſa (890) abſque Tubo (857) Limbo (456) dilatato. *Campanula*

115. *Canaliculatum* Folium, ſupra longitudinaliter ſulco profundo excavatum.

116. *Capillaris* Pappus (548) radiis ſeu pilis indiviſis. *Crepis.*

117. *Capillus*, Menſura, eſt diameter Crinis. *Lineae pars duodecima.*

118. *Capitulum* conſtat Floribus pluribus in Globum ferme congeſtis. (249)(361)(804)(503)(324)(295)

119. *Capſula*, Pericarpium (573) membranaceum cavum, determinate Valvis (884) dehiſcens. Conſtat *Valvis* (884) *Loculamentis* (463) *Diſſepimento*, (259) *Seminibus* (712) *Proprio Receptaculo* (626) & *Columella* (149)

120. *Carina* Corollae Papilionaceae (545) conſtat duobus Petalis coadunatis, excipit & includit Stamina (771) Piſtillaque (598)

121. *Carinatum* Folium ſi pars prona ſ. inferior Diſci (257) prominet longitudinaliter. unde *Carina acuta*, *obtuſa ciliata*, in foliolis Calycis, & valvis (95) Glumae. (364)

122. *Carnoſum* Folium, interne pulpa ſolidiuſcula ſucculenta repletum. *Sedum.*

123. *Cartilagineum* Folium, cujus margo Cartilagine a ſubſtantia folii diverſiſſima firmatur.

124. *Caſtrata* Stamina (771) Antheris (41) deſtituta. *Geranium. Herniaria.*

125. *Cauda* Filum nudum (*Geum urban.*) ſ. plumoſum (*Clematis vitalba*) Semen terminans. unde:

126. *Caudata* Semina dicuntur.

127. *Caudex* dicitur Arborum Truncus. (850) eſtque adſcendens, ſ. deſcendens, (Radix)
128. *Caulescens* Planta, Caule inſtructa. Oppoſita Acaulis (4)
129 *Caulinum* Folium, Cauli (132) non Ramo inſertum.
130. *Caulinus* Bulbus (130) Cauli inſidens. Axillis, *Dentaria. Lilium.* apice *Allium.*
131. *Caulinus* Pedunculus, e Caule, non ex ramo ortus.
132. *Caulis*, Truncus (850) proprius Herbae (375) elevat folia, fructificationemque. (331)
133. *Cernuus* Pedunculus, cum apice incurvatur, (402) ut Flos verſus latus vel Terram nutet. *Bidens cernua.*
134. *Ceſpitoſa* Planta, cum multi caules ex eadem Radice ſimul prodeunt.
135. *Ciliatum* Folium, cujus margo (473) ſetis parallelis longitudinaliter obvallatur. Baſi ciliata folia *Thymus. Serpillum.*
136. *Circinalia* Folia, *Vernatio*, ſ. *Spiralia*, quum Folia deorſum ſpiraliter involvuntur. *Filices.*
137. *Circumſciſſa* Capſula, (119) quae maturo fructu horizontaliter diſcedit. *Anagallis. Lyſimachia. Plantago.*
138. *Circumſcriptio* Folii, conſiderat Peripheriam Fol. ſimplicis, abſque ſinubus (745) & angulis. ([illegible]) idem ac Figura. (805) (533) (527) 529 516. &c.
139. *Circumſepiens* ſomnus, (752) cum Folia (alias horizontaliter poſita) noctu eriguntur in formam Infundibuli (412)
140. *Cirrhoſum* Folium, quod terminatur Cirrho (142)
141. *Cirrhoſum pinnatum* Folium, eſt Pinnatum (693) terminatum Cirrho (142)
142. *Cirrhus*, eſt Vinculum filiforme ſpirale, quo Planta alio Corpori alligatur.

143.

Digitized by Google

143. *Clavatus* Pedunculus, Clavaeformis ſ. verſus apicem ſenſim incraſſatus. (400)

144 *Coadunata* Folia, quae invicem anneƈtuntur, ut plura inter ſe baſi concreſcant.

145. *Coalitae* antherae (41) idem ac connatae. (179)

146. *Coarƈtata* Panicula (543) ſ. *contraƈta*, cum Pedicelli (561) culmo approximantur.

147. *Coarƈtati* Rami, (650) verſus ſummitatem fere incumbentes.

148. *Colorata* Folia, & omnes partes Plantae (excepta Corolla,) dicuntur, quae alium colorem quam viridem induunt.

149. *Columella*, Capſulae (119) pars, conneƈtens parietes (259) internos cum ſeminibus.

150. *Coma* conſtat Braƈteis (99) quae Caulem terminant magnitudine inſignes *Fritillar. Coron. Imper.*

151 *Commune* Perianthium (572) plures flores congregatos continens cingensque.

152. *Commune* Receptaculum (661) plures flores eorumque fruƈtus conneƈtens.

153 *Communis* Gemma (344) flores & folia includens.

154. *Communis* { Pedunculus, pluribus floribus communis.
Petiolus plura quam unum adneƈtens folia. }

155. *Compaƈtum* Folium, ſubſtantia ſolida conſtans.

156. *Compoſita* Corolla, pluribus conſtans floſculis intra commmune Perianthium (151) ſupra Receptaculum commune. (152)

157. *Compoſita* Fruƈtificatio, (331) pluribus floſculis confluentibus.

158. *Compoſita* Spica (759) pluribus ſpicillis (760) pedunculo inſidentibus.

159 *Compoſita* Umbella (862) omnibus pedunculis apice Umbellulas (863) gerentibus

160. *Compoſitum* Folium, Petiolo (154) plura quam unum proferente folia, ſecundum Gradus (367) compoſitionis.

a. *compo-*

Digitized by Google

a. *compoſita* (61. 180. 247. 90. 560. 593. 86.)
b. *decompoſita* (218)
c. *ſupradecompoſita* (814)

161. *Compoſitus* Caulis, in ramulos ſubdiviſus, deliqueſcens adſcendendo.

162. *Compoſitus* Flos, (156) Receptaculo (152) dilatato integro floſculis ſeſſilibus antheris connatis. *Syngeneſia*. Eſtque 1. *Ligulatus* (455) 2. *Tubuloſus*. (855) 3. *Radiatus*. (638)

163. *Compoſitus* Pappus (548) Radiis ſ. pilis ramoſis. (659) (605) inſtructus.

164. *Compoſitus* Racemus, (635) ramoſus ſ. diviſus in plures.

165. *Compreſſa* Siliqua (729) lateribus oppoſitis proxime ad ſe invicem accedentibus.

166. *Compreſſum* Folium, eſt Pulpoſum (630) lateribus magis quam diſco (257) complanatis.

176. *Compreſſus* Caulis, duobus lateribus oppoſitis fere planis.

168. *Concavum* Folium, Margine Diſco (257) arctiore, ut deprimatur Diſcus.

169 *Conceptaculum*, Folliculus, (326)

170 *Conduplicans* Somnus. (752) quando foliola ſibi invicem ut libri folia approximantur, ſuperiorem paginam tegentia

171. *Conduplicata* a) Vernatio (891) b) Folia, cum folii latera *parallele* (*) ſibi invicem approximantur. *Quercus*; *Corylus*; *Carpinus*; *Fagus* &c.

172. *Conferta* Folia, cum ita copioſa, ut ramos occupent totos, vix relicto ſpatio

173. *Confertus* verticillus, (897) pedunculis approximatis.

174. *Confluentia* Folia, ad baſin inter ſe cohaerentia.

175. *Conglomerati* Flores ſ. Pedunculi, cum Pedunculus ramoſus flores ferat breviſſimis pedicellis, abſque ordine arcte congeſtos & compactos. *Dactyl. glomer.* 176.

(*) *Lineae parallelae* ſunt rectae, aequali ubique ſpatio ſeiunctae. *Geometr.*

176. *Conicum* Receptaculum (661) teres (816) verſus apicem attenuatum.
177. *Connata* filamenta (303) in unum corpus coalita *Monadelphia.*
178. *Connata* folia, ſi oppoſita (524) paria baſi utrinque inter ſe coadunantur.
179. *Connatae* Antherae, (41) in unum Corpus concretae *Syngeneſia.*
180. *Conjugatum* Folium, Pinnatum (593) foliolis binis lateralibus, nec pluribus.
181. *Connivens* Corolla, cujus Limbi (456) lobi apicibus convergunt.
182. *Connivens* Somnus (752) quando duo folia oppoſita, pagina (534) ſuperiore tam arcte ad ſe mutuo applicantur; quaſi unicum eſſet Folium.
183. *Contorſio.* v. *Torſio* (830)
184. *Contortum* Pericarpium (573) cum Spiraliter contorquetur. *Medicago. Spirea. Ulmaria.*
185. *Convexum* Folium, Margine Diſco (257) arctiore inſtructum, ut elevetur diſcus.
186. *Convoluta* Folia, Vernatio. (891) cum unius lateris margo ambit alterum ejusdem folii marginem inſtar cuculli. (204)
187. *Convolutus* Cirrus, (142) in annulos contortus.
188. *Corculum*, novae Plantae primordium intra ſemen, conſtat Plumula (606) & Roſtello. (695)
189. *Cordato-oblongum* folium, oblongum (516) angulis poſticis obtuſiſſimis, baſi excavatum.
190. *Cordato-lanceolatum*, lanceolatum (447) angulis poſticis obtuſis, baſi excavatum.
191. *Cordato-ſagittatum*, ſagittatum (700) marginibus verſus angulos convexis.
192. *Cordatum* Folium, Ovatum (533) baſi ſinu (745) excavatum, angulis poſticis deſtitutum.
193. *Corolla* Liber (alburnum) Plantae (600) in flore (316) praeſens, eſtque Monopetala (485) Tubo (857) & Limbo, (456) vel Polypetala (611) Ungue (868) & Lamina (443) conſtans.

194.

Digitized by Google

194. *Corollula* eſt Compoſiti floris (162) Corolla partialis.

195. *Corona*, *Coronula* Seminis, Calyculus ſupra adhaerens, quo volitat. *Scabioſa. Dipſacus.*

196. *Coronata* Semina, quae 1) Pappum (548) (*Hieracium. Crepis. Picris*) vel 2) Perianthium parvum, (195) (*Scabioſa*) vel 3) Setas hiſpidas (*Bidens*) ſupra adfixa habent.

197. *Corticalis* Gemma (344) e corticis ramentis confecta.

198. *Corymbus* fit ex Spica, (759) dum ſinguli flores pedunculis propriis inſtruuntur, ſitu elevato proportionali. *Tetradynamia.*

199. *Cotyledon*, Corpus laterale ſeminis (712) bibulum Caducum, unde *Acotyledones* (8) *Monocotyledones*, (482) & *Dicotyledones*. (241)

200. *Crenatum* Folium, margine inciſuris ſine reſpectu extremitatis ſecto. unde *acute - obtuſe crenatum duplicato crenatum*, crenis iterum crenatis.

201. *Criſpum* Folium, margine luxuriante, ut Diſcus (287) evadat major. ſua Rachi (637. b) omnia folia criſpa ſunt monſtroſa. *Malva criſpa. Lepid. naſturt.*

202. *Cruciformis* ſ. *Cruciata* Corolla, Petalis (581) quatuor aequalibus patens. *Tetradynamia.*

203. *Cubitus*, *Cubitalis*, Menſura, a flexura Cubiti ad extimum apicem Digiti intermedii. *Unciae ſeptendecim.*

204 *Cucullatum* Folium, lateribus ad baſin conniventibus, apice vero dilatatis.

205. *Culmus*, Truncus (850) Graminibus proprius, elevat Folia fructificationemque, plerumque geniculatus (348) Articulis inanibus. Europaei annui (39) omnes.

206. *Cuneiforme* ſ. cuneatum Folium, ſenſim verſus baſin angulatum.

207. *Cuneiforme emarginatum* Folium, (206) apice ſinu excavatum.

208.

208. *Cuſpidatum* Folium, terminatum apice ſetaceo rigidiuſculo.
209. *Cyathiformis* Corolla, cum ex cylindro (*) ſuperne parum dilatata eſt.
210. *Cylindrica* Spica (759) cylindriformis ſ. tereтiuſcula, *ſecunda* vero dimidiata.
211. *Cyma*, Receptaculum omnes pedunculos primarios ex Centro eodem univerſali educens, partiales vero vagos ſpargens. V. *Opulus.*

## D.

212. *Daedaleum* Folium, una flexuoſum lacerumque (435)
213. *Decidua* Corolla, cum floris caſu. *Pleraeque.*
214. *Deciduum* Folium, peracta unica aeſtate caſurum.
215. *Declinatum* Folium, deorſum flexum inſtar Carinae Naviculae.
216. *Declinatus* Caulis, arcuatim deſcendens.
217. *Decompoſita* Umbella (862) ſ. *Prolifera*, ſi ex umbellula (863) ſimplici, aliae enaſcuntur umbellulae. Gradu iterum aucto dicitur *ſupradecompoſita.*
218. *Decompoſitum* Folium, cum Petiolus ſemel diviſus adnectit foliola (323) plura. (85. 93. 92)
219. *Decompoſitus* Flos, compoſitus (162) ex *compoſitis*, continet intra Calycem communem (151) minores Calices, communes multis floribus. *Spaeranthus.*
220. *Decumbens* Caulis, procumbens (618) altiore baſi.
221. *Decurrens* Folium, baſi folii deorſum per caulem extenſa. *Carduus* V. *Thapſus.*
222. *Decurrens* Petiolus, lateribus deorſum per caulem vel Ramum extenſis
223. *Decurſive pinnatum* Folium, Pinnatum (593) foliolis (323) decurrentibus (221) per petiolum.
224. *Decuſſata* Folia, ita oppoſite (524) diſpoſita, ut rami apice inſpecto, quatuor ordines referant.

225.

(*) *Cylindrus* oritur, circulo ad lineam rectam, motu parallelo, deſcendente *Geometr.*

225. *Deflexi* Rami, arcuatim deorſum inclinati.
226. *Defoliatio*, Tempus autumnale, quo Arbores folia dejiciunt.
227. *Dehiſcentia*, Tempus quo fructus maturus ſemina diſpergit; fitque apice (*Ceraſtium*) baſi (*Triglochin*) angulis (*Oxalis*) Poro, (*Campanula*) horizontaliter (137) vel articulate. (59)
228. *Deltoideum* Folium, Rhombeum (694) ex quatuor angulis, quorum laterales minus a baſi diſtant, quam reliqui.
229. *Demerſum* Folium, quod intra aquae ſuperficiem abſconditur.
230. *Dentata* Radix, moniliformis, ex articulis concatenatis.
231. *Dentato Sinuatum*, Dentatum (232) Sinubusque excavatum.
232. *Dentatum* Folium, quod acumina horizontalia, folii conſiſtentia, ſpatio remota habet.
233. *Dependens* Folium, quod recta terram ſpectat.
234. *Dependens* Somnus (752) foliolis demiſſis.
235. *Depreſſum* Folium, Pulpoſum (630) Diſco (257) magis quam lateribus complanato.
236. *Determinatio* Foliorum (317) non a propria Structura, ſed a loco (465) Situ (746) Inſertione (413) & Directione (255) ſ. Expanſione, deſumitur.
237. *Dextrorſum* (743)
238. *Dichotomus* Caulis, bifariam ſemper diviſus.
239. *Diclinia*, Flores maſculi (476) & feminei (500) in eadem ſpecie, ſed diſtinctis Thalamis, gaudentes. Comprehendit a. *Monoeciam* b. *Dioeciam* & c. *Polygamiam*.
240. *Dicocca* Capſula (242)
241. *Dicotyledones*, foliis ſeminalibus duobus ſub ſeminis germinatione *Plantae*. (600)
242. *Didyma* ſ. *Dicocca* Capſula, duobus nodis extus gibba. *Didyma* Anthera, duobus globulis diſtinctis, latere connatis. *Mercurialis*.



Digitized by Google

243. *Difformia* Folia, ſi in eadem planta variant figura. *Ranuncul* ▽. *Rudbeck lacin.*

244. *Difformis* Corolla, Irregularis (430)

245. *Diffuſa* Panicula (543) cum laxe divaricantur pedicelli (561) angulis rectis ſ. obtuſis (12. in not.)

246. *Diffuſus* Caulis, Ramis abſque ordine patentibus.

247. *Digitatum* Folium, cum Petiolus ſimplex, ſeu indiviſus, adnectit foliola (323) plura.

248. *Dimidiata* Spatha (756) latere tantum interiore fructificationem (331) obveſtiens.

249. *Dimidiatum* Capitulum (118) ab altero latere rotundum, ab altero planum.

250. *Dimidiatum* Involucellum (425) extrorſum ſitum, eſtque patens vel dependens. *Aethuſa*.

251. *Dioica* Planta, quae flores maſculos (476) & femineos (300) in diſtincto individuo profert. *Dioecia.*

252. *Diphyllus* Pedunculus, foliolis duobus oppoſitis inſtructus.

253. *Diphyllum* Perianthium (486)

254. *Dipetala* Corolla (485)

255. *Directio*, fol. (236) eſt expanſio, quam Folia a baſi ad apicem adquirunt. (288. 791. 49. 385. 558. 410. 662. 514. 682 667. 688. 233. &c.)

256. *Diſcus* Floris, in compoſito radiato, (638) pars media, ex corollulis (194) minoribus regularibus (672) conſtat.

257. *Diſcus* Folii ſ. Pagina (534) dicitur folii ſuperficies, (811) ſuperior, plerumque coelum ſpectans.

258. *Diſſectum* Folium, Laciniatum (438) Inciſum (398)

259. *Diſſepimentum*, Paries quo Fructus (119. 573. 729) interne diſtinguitur in concamerationes (463) plures.

*Parallelum* (887) *contrarium* (886)

260. *Diſtans* Verticillus (897) pedunculis remotis.

261.

261. *Diſticha* Folia, duo latera rami tantum reſpicientia, licet undique inſerta.
262. *Diſticha* Spica (759) floribus ad utrumque latus ſpectantibus, unde tetraſticha, hexaſticha, a numero ordinum.
263. *Diſtichus* Caulis, Ramos ſitu horizontali, nec decuſſatim (224) ſitos, exſerit.
264. *Diſtinctae* Antherae (41) inter ſe non cohaerentes.
265. *Divaricata* Panicula (543) cum ſtricte divaricantur pedicelli ad angulum obtuſum ſ. rectum. (12. in not.)
266. *Divaricati* Rami, a trunco ad angulum obtuſum diſcedentes.
267. *Divergens* Somnus, (752) ſi foliola baſi approximantur, apicibus vero patent.
268. *Divergentes* Rami, a trunco ad angulum rectum diſcedentes.
269. *Dodrans*, *dodrantalis* (Menſura) eſt ſpatium inter apicem Pollicis & Indicis extenſum. *Unciae ſeptem.*
270. *Dolabriforme* Folium, Compreſſum (166) ſubrotundum (805) extrorſum gibbum (353) acie acuta, inferne teretiuſcula.
271. *Dorſalis* Ariſta (54) lateri exteriori Glumae (364) adfixa.
272. *Drupa*, Pericarpium (573) farctum evalve, continens Nucem (511) eſtque *Sicca* (727) vel *Succulenta* (808)
273. *Duplicato crenatum* Folium, (200)
274. *Duplicato pinnatum* Fol. (92)
275. *Duplicato ſerratum* Fol. (720)
276. *Duplicato ternatum* Fol. (93)
277. *Duratio* Foliorum, reſpicit Tempus a frondeſcentia (328) usque ad caſum eorum. (214. 109. 577. 569. 718.)

E.

278. *Ebracteatus* Pedunculus. Bracteis (99) deſtitutus,



Digitized by Google

279. *Echinatum* Pericarpium, (573) cum aculeis (11) ſeu Spinis (761) undique adſperſum. *Datura Stramon*

280. *Eſfloreſcentia* eſt Tempus Menſis, quo ſingulae ſpecies Plantarum primos Flores oſtendunt.

281. *Ellipticum* Folium, Lanceolatum (447) latitudine Ovati (533) folii.

282. *Emarginatum* Folium, quod terminatur Crena. Unde *acute*, *obtuſe* emarginatum.

283. *Enerve* Folium, Nervis deſtitutum. Nervoſo (497.) oppoſitum.

284. *Enodis* Culmus, qui continuus eſt, nec articulis (65) interceptus.

285. *Enſiforme* Folium, anceps (31) a baſi ad apicem ſenſim attenuatum.

286. *Equitantia* Folia. Vernatio. Marginibus conniventia (182) ſitu oppoſito, ut alterum includat alterum. *Acorus. Carex. Iris.*

287. *Erecta* anthera (41) quae baſi adfigitur filamento (303)

288. *Erectum* Folium, ſ. caulis fere ad perpendiculum conſtitutus.

289. *Erectus* Culmus, ſitu ſubperpendiculari, articulis infimis ſaepe obliquis.

290. *Eroſum* Folium, ſinuatum (744) ſinubus minimis obtuſis laciniisque inaequalibus inſtructum.

291. *Extrafoliacei* Pedunculi, ſ. Stipulae (781) infra folium collocatae.

## F.

292. *Farctum* Folium, medulla farctum, non tubuloſum (856)

293. *Faſcicularis* Radix, e partibus carnoſis baſi ſeſſili connexis

294. *Faſciculata* Folia, plura ex eodem puncto prodeuntia. *P. Larix.*

295. *Faſciculus*, Capitulum (118) colligens flores erectos parallelos faſtigiato - approximatos. *Dianth. barb.* 296.

296. *Faſtigiati* Flores, Faſciculus (295) floribus omnibus aequalis altitudinis.
297. *Faſtigiatus* Caulis, Ramis omnibus aequali altitudine.
298. *Faux* Corollae, hiatus inter lacinias (437) Corollae Ringentis, (693) ubi tubus (857) terminatur.
299. *Femina* Planta (600) quae flores tantum femineos (300) profert.
300. *Femineus* Flos, qui Piſtillum (598) absque ſtaminibus (771) habet.
301. *Feminina* Genitalia (350) ſunt Stigmata (775) germinibus (351) ubique adnexa.
302. *Fibroſa* Radix, tota conſtans filamentis ſimplicibus vel Ramoſis.
303. *Filamentum*, pars Floris (316) elevans adnectensque antheram. (41)
304. *Filiforme* Folium, longiſſimum latitudine & craſſitie aequali.
305 *Filiformis* pedunculus, aequabili ubique craſſitie.
306. *Fiſſum* Folium, diviſum ſinubus (745) linearibus, marginibus rectis. *bi-tri. quinque multifidum.* (83)
307. *Fiſtuloſus* Caulis, interne tubuloſus non farctus (292)
308. *Flaccidus* Pedunculus, debilis, ut a proprio floris pondere dependeat.
309. *Flexuoſus* Caulis, a Gemma (344) ad Gemmam horſum vorſum actus.
310. *Flexuoſus* Pedunculus, a flore ad florem flexus. *Aira flexuoſa.*
311. *Florale* Folium, Flori proximum: differt numero & figura.
312. *Floralis* Gemma (344) flores non folia continens.
313. *Floreſcentia* eſt Generatio, ſiſtens Plantarum ſponſalia in flore, & Nuptias in Antheſi (43)

314. *Floris* Perianthium ſ. Calyx, Stamina conti-continet absque Germine.

315 *Floris* Receptaculum, baſis, ubi floris partes absque Germine adfiguntur.

316. *Flos*, Conſtat Calyce, Corolla (193) Stamine (771) & Piſtillo (598) antecedit omnem fructum, ut Generatio Partum.

317. *Folia*, Organa motus Plantae (600) conſiderantur ſecundum a) Simplicitatem, (734) b) Compoſitionem, (160) c) Determinationem, (296) & Durationem (277)

318. *Foliacea* Spica (759) foliis interſtincta.

319 *Foliaris* Cirrhus, (142) folio inſidens.

320. *Foliaris* Gemma (344) Folia continens, non flores.

321. *Foliatio*, Vernatio. (891)

322. *Foliatus* Caulis, foliis inſtructus.

323. *Foliolum*, partiale eſt Folii compoſiti. (160)

324. *Folioſum* Capitulum, (118) foliis intermixtis floribus.

325. *Folium* (325) expandens per aëra ſuperficiem: attrahit praeparatque humores, volatile, a caſu nunquam renaſciturum.

326. *Folliculus*, (169) Pericarpium, (573) membranaceum univalve, altero latere longitudinaliter dehiſcens, proprio Receptaculo (nec ſuturae) ſemina adfigens. *Aſclepias.*

327. *Fornicata* Corolla, dicitur ſi labium ſuperius Ringentis (693) fornicis in modum arcuatum. *Galeopſis. Lamium.*

328. *Frondeſcentia*, eſt Tempus aeſtatis, quo ſpecies ſingulae plantarum prima folia explicant.

329. *Frons*, ex Stipite (777) in folium tranſeunte facta, fructificationes in averſa folii parte, gerens. *Filices.*

330. *Fructeſcentia*, comprehendit tempus, quo Semina matura diſpergunt Plantae.

331.

331. *Fructificatio*, Vegetabilium pars temporaria, generationi dicata, eſtque ſimplex (735) vel compoſita (157)
332. *Fructificationis* partes, ſeptem numerantur 1) Calyx (113) ſ. Perianth. 2) Corolla (193) 3) Stamen (771) 4) Piſtillum, (598) 5) Pericarpium (573) 6) Semen (712) & 7) Receptaculum, (661)
333. *Fructificationis* Calyx ſ. Perianth. Germen (351.) Staminaque includens.
334 *Fructificationis* Receptaculum, (661) pro flore & fructu commune.
335. *Fructus* Perianthium, (572) ſ. Calyx, Germen abſque Staminibus (771) continens.
336. *Frutex*, Caudex perennis ſupra terram adſcendens abſque Gemmis (344)
337. *Fruticoſus* (336) Caulis, perennis, cum caudicibus pluribus.
338. *Fulcra*, adminicula Plantae (600) pro commodiore ſuſtentatione. Septem numerantur ſpecies: 1) Stipulae (781) 2) Bractea (99) 3) Pubes (628) 4) Glandula (356) 5) Spina (761) 6) Aculeus (11) 7) Cirrhus. (142)
339. *Fulcrati* Rami fulcris inſtructi.
340 *Furcatae* Setae (726) Ramoſae ſ. ſubdiviſae quaſi in ramulos. *Leontodon hiſpid. Arabis thal.*
341. *Furcae*, aculei (11) ramoſi ſ. triplices. *Berberis, Ribes. uvacr.*
342. *Fuſiformis* Radix, (648) Simpliciuſcula, oblonga, craſſa, verſus baſin ſenſim attenuata. *Daucus.*

## G.

343. *Galea*, Corollae ringentis (698) labium ſuperius.
344. *Gemma*, Hybernaculum (387) Plantae, (600) ex rudimentis foliorum futurorum.



Digitized by Google

345. *Gemmatio*, eſt Gemmae (344) conſtructio, ex Foliis, Stipulis (781) Petiolis (585) aut Squamis.

346. *Gemmina* Folia, Trina, quaterna, &c. duo, tria, quaterna &c. ex eodem puncto prodeuntia.

347 *Geniculata* Ariſta (54) articulatione inſtructa. *Agroſt. canina.*

348. *Geniculatus* Culmus, geniculis (349) interceptus

349. *Genicula* Nodi, in culmo (205) Articulis (65) interjecti.

350. *Genitalia* Plantarum, Organa ſexualia, Stamina (771) & Piſtilla (598. 301. 471)

351. *Germen*, Rudimentum Fructus immaturi in flore; eſtque inferum (407) vel ſuperum (812)

352. *Germinatio* eſt Tempus quo Semina Terrae mandata, eadem excludunt; in Cotyledonum (199) proventum.

353 *Gibbum* Folium, utrabue ſuperficie (811) convexa, (185) mediante copioſiori pulpa.

354. *Glaber* Caulis, ſuperficie laevi & lubrica.

355. *Glabrum* Folium, Diſco (257) laevi & lubrico, absque omni inegalitate.

356. *Glandula*, Papilla humorem excernens, eſtque ſeſſilis vel ſtipitata.

357. *Glandulatio*, Vaſa ſecretoria offert, Glandulae (356) & Utriculi. (879)

358. *Glanduloſum* Folium, quod Glandulas (356) inſidentes gerit. vel in dorſo, vel in ſerraturis. *Salix.*

359. *Globoſa* Corolla, Sphaerica, Globum referens. Vaccin. *Myrtillus. R. Convallar.*

360. *Globoſa* Radix, ſubrotunda, carnoſa, radiculis lateralibus. *Bunium.*

361. *Globoſum* Capitulum (118) ab omni parte rotundatum. *Echinops.*

362. *Glochides*, mucrones apice retrorſum multidentati.

363. *Glomerata* Spica (759) Spicillis (760) varie congeſta.
364. *Gluma*, Calyx (113) Graminis, valvis amplexantibus.
365. *Glutinoſitas*, eſt qualitas humoris lubrici.
366. *Glutinoſum* Folium, humore lubrico (365) illitum.
367. *Gradus* foliorum, in Compoſitis (160) conſiderant ſubdiviſionem Petioli communis (154) in Compoſitis (160) Decompoſitis (218) & Supradecompoſitis (814).
368. *Graminea* Folia, linearia (458) ſenſim verſus apicem anguſtata. Conſtant folio, vagina (880) & ligula (453)
369. *Granulata* Radix, particulis ſphaericis carnoſis adſperſa. *Saxifraga*.
370. *Gymnoſperma* Planta, Semina nuda, nec Pericarpio (573) tecta. Gymno mono-di-tri-tetraſperma. *Didynamia Gymnoſp.*

## H.

371. *Habitationes* Plantarum, ex loco ubi ſponte prognaſcuntur, reſpiciunt ſolum ſ. Telluris naturam.
372. *Habitus*, eſt conformitas Vegetabilium, affinium & congenerum, in Placentatione, Foliatione &c.
373. *Hami*, mucrones acuminati, curvati, quibus quasdam Plantarum partes adhaerent animalibus praetereuntibus. *Arctium*.
374. *Haſtatum* Folium, Sagittatum (700) angulis poſticis acutis ſinu diviſis, ad latera prominentibus, patulis. *Rumex acetoſella*.
375. *Herba* eſt, cujus caulis ſingulis annis perit: eſtque a) annua, b) bima ſ. biennis ſeu c) ſempervirens. Conſtat Hybernaculo (387) Trunco, (850) Folio, (525) & Fulcro. (338)



Digitized by Google

376. *Herbarium*, Collectio Plantarum intra chartas ſiccatarum aſſervatarumque, omni Botanico neceſſarium.
377. *Herbaceus* Caulis, etiamnum annuus, non lignoſus.
358. *Hermaphrodita* Planta, quae flores tantum Hermaphroditos [381] gerit.
379. *Hermaphrodita* [*polygamiae*] Flos, quorum antherae non dehiſcunt, ſed decidunt, & Piſtillum mox in fructum, ab antheris alterius floris [380] foecundatum, excreſcit. A parte maſculina ſterilis dicitur. *Acer.*
380. *Hermaphroditus* [Polygamiae] Flos, quorum antherae pollen pluunt, Piſtilla vero ob labem Stigmatis non accreſcunt, ſed decidunt, a parte feminea ſterilis dicitur. *Acer.*
381. *Hermaphroditus* Flos, Piſtillo [598] Stigmate 775] & Antheris [41] inſtructus.
382. *Heteromalla* Panicula, Secunda. [710]
383. *Hilum*, cicatrix externa Seminis, ab ejusdem adfixione in fructu.
384. *Hiſpidum* Folium, ſetis rigidis adſperſum.
385. *Horizontale* Folium, quod ad Angulum rectum (12. in not.) a Caule diſcedit.
386. *Horizontalis* Radix, quae ſub terra transverſim extenditur. *Iris.*
387. *Hybernaculum*, Compendium Herbae [375] totius, ſquamoſum. Eſtque Bulbus [106] vel Gemma. [344]
388. *Hybrida* Planta. Polygama. [610]
389. *Hypocrateriformis* Corolla. Limbus Limbus [456] planus tubo [857] impoſitus.

## I.

390. *Imbricans* Somnus, [752] foliolis imbricatim [391] complicatis.
391. *Imbricata* Folia, quando parallele ſuperficie recta ſibi invicem incumbunt, & ſe quo ad partem

rem tegunt. *Vernatio* (872) imbricata. *Syringa, Lyguſtrum. Daphne.*

392. *Imbricatum* Perianthium [572] ſquamis variis imbricatim [391] ſuperimpoſitis. *Hieracium.*

393. *Imbricatus* Caulis, ſquamis tectus, ut ſuperficies non appareat.

394. *Inanis* Caulis, interne medulla Spongioſus.

395. *Inaequalia* Filamenta, [303] aliquot majoribus vel minoribus. *Daphne. Didynam.*

396. *Inaequalis* Corolla, ubi partes non magnitudine, ſed proportione reſpondent, ut Regularis flos evadat. *Butomus.*

397. *Incana* Folia, Tomentoſa, [827] colore glauco, ſ. fere argenteo.

398. *Inciſum* Folium, Laciniatum. [438]

399. *Includens* Somnus, [752] cum folia alterna [27] noctu ſe cauli approximant.

400. *Incraſſatus* Pedunculus, apice ſemſim majorem molem adquirens.

401. *Incumbens* Anthera. ſ. Verſatilis, quae latere filamento [303] adfigitur.

402. *Incurvati* Rami, introrſum nutantes.

403 *Incurvum* Folium [410]

404. *Incurvus* Aculeus, [11] introrſum flexus.

405. *Indiviſum* Folium, integrum [416] Sinubus (745) deſtitutum.

406 *Inerme* Folium, Spinis [761] aculeis [11] & Stimulis [776] deſtitutum.

407. *Inferum* Germen [351] infra Corollam poſitum.

408. *Inferus* Flos, ſ. Calyx, cui Germen [351] ſupra Receptaculum, [661] ſ. cujus Piſtillum abit in fructum. Tourn.

409. *Inflatum* Perianthium, inſtar Veſicae cavum. *Cucub. Behen.*

410. *Inflexum* Folium, ſ. incurvum, dum ſurſum arcuatur verſus caulem.



Digitized by Google

411. *Inflorescentia*, eſt modus, quo Flores Pedunculo Plantae adnectuntur: 1] Verticillus [897] 2] Capitulum [118] 3) Spica, [759] 4) Corymbus (198) 5) Thyrſus (826) 6) Racemus (635) 7) Panicula. (543)
412. *Infundibuliformis* Corolla, ſi limbus (456) conicus tubo (857) impoſitus.
413. *Inſertio* Foliorum, reſpicit modum, quo folia Plantae adnectuntur. (584. 567. 721. 13. 144. 30. 571. 178. 882.)
414. *Inſertus* Petiolus, perpendiculariter ramo inſidens.
415. *Integer* Caulis, ſimpliciſſimus (742) ramis anguſtatis.
416. *Integrum* Folium, indiviſum (405) omnique ſinu (745) deſtitutum.
417. *Integerrimum* Folium, margine continuo nec minimum ſecto.
418. *Interfoliacei* Pedunculi, inter Folia oppoſita, ſed alternatim collocati. *Aſclepias.*
419. *Internodum* (65) quod inter artus vel Genicula (349) medium intercedit. Eſtque convexum, concavum, vel planum.
420. *Interrupta* Spica (759) Spicis minoribus alternis diſtantibus.
421. *Interrupte Pinnatum* Folium, ſeu *Foliolis ruptis*, Pinnatum (593) foliolis alternis minoribus.
422. *Intorſio* v. Torſio. (830)
423. *Intrafoliaceae* Stipulae (781) ſupra folium ſ. petiolum collocatae.
424. *Invertens* Somnus (752) foliolis demiſſis & ſimul inverſis.
425. *Involucellum*, eſt partiale Involucrum (427) umbellulae (863) ſubjectum. (260)
426. *Involucratus* Verticillus (897) ſ. umbella (862) involucro (427) inſtructus. Oppoſitus *Nudo*.
427. *Involucrum*, Calyx (118) umbellae (862) a flore remotus. Eſte mono-di-tri-penta-polyphyllum, vel nullum.



Digitized by Google

428. *Involuta* Vernatio, (891) Folia, quorum margines laterales utrinque introrſum ſpiraliter involvuntur. *Pyrus. Malus. Populus.*
429. *Involvens* Somnus (752) quando foliola erecta apice connivent, & cavitatem inter ſe formant.
430. *Irregularis* Corolla. (Difformis, Anomala.) Limbi (456) partibus, figura, magnitudine, & proportione diverſis. *Aconitum.*
431. *Iſthmis interceptum* Legumen (452) interne transverſim in varia loculamenta (463) diviſum.

## L.

432. *Labiata* Corolla, Ringens (693) bilabiata. Labium ſuper. & inferius.
433. *Labium* ſ. Barba (76) Corollae, pro ringentis (693) labio inferiore ſaepe ſumitur.
434. *Lacera* Corolla, cujus limbus (456) tenuiſſime diſſectus eſt.
435. *Lacerum* Folium, margine varie diviſum: Segmentis difformibus.
436. *Laciniae* Calycis ſ. Perianthii, numerantur praeſertim in monophyllo. (486)
437. *Laciniae* Corollae, numerus in Monopetala (486) a medio limbi (456) in Polypetala (611) laminae (443) deſumitur.
438. *Laciniatum* Folium, varie & indeterminate in partes ſectum.
439. *Lacteſcentia* eſt copia Liquoris, qui effluit laeſa planta, eſtque alba (*Euphorbia*) lutea (*Chelidon.*) vel rubra. (*Rumex Sangu.*)
440. *Lacunoſum* Folium, Diſco (257) depreſſo (235) inter venas interjectas. *Lich. pulmon.*
441. *Laevis* Caulis, folium, ſuperficie aequali.
442. *Lamellae*, membranae transverſae fructificantes, Pileo (586) Fungorum ſubtus adnatae.
443. *Lamina*, Corollae Polypetalae (611) pars ſuperior patula.



Digitized by Google

444. *Lana* Species Pubis, (628) Pili (591) curvi denſi, ſervat plantam ab aeſtu nimio. *Stachis german.*

445. *Lanatum* Folium, pilis incurvatis imbricatis, quaſi tela araneae indutum. *Salvia.*

446. *Lanceolato* - ovatum Folium, Lanceolatum (447) ad ovatam (533) figuram ſubaccedens.

447. *Lanceolatum* Folium, oblongum (516) ab utraque Extremitate attenuatum.

448. *Laterales* Stipulae, (781) Lateribus Petioli ſeu foliorum inſerti.

449. *Laterifolii* Pedunculi, ad latus baſeos folii inſerti. *Solanum.*

450. *Laxa* Panicula (543) Pedicelli debiles, libere & laxe ſine ordine Sparſi.

451. *Laxi* Rami, libere in arcum flexiles.

452. *Legumen*, Pericarpium (573) membranaceum bivalve, adfigens ſemina ſecundum ſuturam alteram tantum, eſtque 1) uni - 2) biloculare 3) vel Iſthmis interceptum. (431) 1) *Vicia. Piſum.* 2) *Aſtragalus.*

453. *Ligula*, membrana tenuis Oris foliorum, in graminibus, eſtque truncata, lanceolata. bifida. fiſſa &c.

454. *Ligulata* Corolla, ſimplex, tubo brevi, limbo (456) plano extrorſum vero, apice acuto, vel truncato tri ſ. quinquedentato.

455. *Ligulatus* Flos, compoſitus (162) Corollulis floſculorum omnibus planis imbricatis verſus exterius latus expanſis. (454)

456. *Limbus* Corollae monopetalae (485) pars ſuperior dilatata.

457. *Linea* Linearis menſura, eſt Lunulae longitudo, ab unguis radice verſus unguem extenſa. (non vero in Pollice.) *Linea una.*

458. *Lineare* Folium, aequali ubique latitudine, interdum utraque extremitate auguſtatur.



Digitized by Google

459. *Lineari*-lanceolatum Folium, Lineae (457) ad lanceolatam (447) figuram accedens.
460. *Lineatum* Folium, nervis depreſſis excavatum. *Euphraſia.*
461. *Lingulatum* ſ. *Linguiforme* Folium, lineare (458) Carnoſum (122) ſubtus convexum. (185)
462. *Lobatum* Folium, usque ad medium in partes ſtiſtantes diviſum, unde biloba - triloba - &c. a numero Loborum.
463. *Loculamentum* Capſulae (119) Concameratio lava, pro ſeminum loco.
464. *Loculare* (88) Pericarpium, uni - bi - tri - quadri - quinque &c. loculare, a numero loculamentorum.
465. *Locus*, in Determinatione (236) Folii, reſpicit partem plantae, qua folia adnectuntur. (715. 640 129. 73. 311)
466. *Longus* Petiolus, longitudinem folii ſuperans.
467. *Longiſſimus* Petiolus, aliquoties folii longitudinem ſuperans.
468. *Lucidum* Folium, quaſi illuminatum.
469. *Lunatum*, *Lunulatum* Folium, ſubrotundum (805) baſi ſinu excavatum, angulis poſticis acutis.
470. *Lyratum* Folium, transverſim diviſum in lacinias (438) quarum inferiores minores remotioresve, terminalis maxima.

## M.

471. *Maculatum* Folium, Colorati (148) Species. Albo maculata, (*Trifol. repens*) nigro - maculata, (*Arum Orchides*) rubro-maculatae. (*Ranunc. acris.*)
472. *Marceſcens* Corolla, contabeſcens, nec decidens. *Campanula. Orchis.*
473. *Margo*, eſt extrema ora folii ad latera, intacto diſco Folii. (763. 720. 677. 232. 200. 123. 135. 290. 435. 416)

474.

Digitized by Google

474. *Mas* Planta, quae flores tantum maſculos (476) profert.

475. *Maſculina* Genitalia (350) ſunt Antherae (41) Polline (607) repletae.

476. *Maſculus* Flos, Si ſtamina (771) ſine Stigmatibus (775) continet.

477. *Mediocris* Petiolus, longitudine folii.

478. *Membranaceum* Folium, quod inter utramque ſuperficiem nulla evidenti pulpa ſcatet.

479. *Membranatus* Caulis, Complanatus more folii.

480. *Menſura*, qua in Dimenſione partium Plantae utimur: Capillus (117) Linea (457) Unguis Pollex (608) Palmus, (541) Dodrans (269) Spithama (767) Pes (579) Cubitus (203) Brachium (98) Orgya. (528)

481. *Monoclinia*, Flores omnes Hermaphroditi (381) ſ. Stamina (771) cum Piſtillis (598) in eodem flore. Comprehendit Claſſes Plantarum a Monandria usque ad Polyadelphiam, incluſive.

482. *Monocotyledones*, unico Cotyledone (215) germinantes. Fruges. ſ. *Palmae. Gramina. Lilia.*

483. *Monogynia*, *Digynia*, *Trigynia* &c. id eſt Piſtillo unico, duobus, tribus, &c. inſtructi flores. Numerus deſumitur a baſi Styli (796) ſi Stylus autem deficiat, (*Myriophylum*) a numero Stigmatum calculus fit.

484. *Monoica* Planta, (*Androgyna*) quae flores maſculos (476) & femineos (300) diſtinctos in eadem planta gerit. *Monoecia.*

485. *Monopetala* Corolla, ſ. Petalo unico conſtans. Staminibus (771) Semper Petalo inſertis, exceptis Bicornibus. (80)

486. *Monophyllus* Calyx ſ. Perianth. unico foliolo abſolutum, quoties monopetala (485) Corolla eſt, unde di-tri-tetra-penta-hexaphyllus, &c. a numero foliorum.

487. *Monoſperma*, di-tri-tetra, penta-hexa polyſperma capſula, a numero ſeminum quae includit.

488.

Digitized by Google

488. *Monoſtachius* Culmus, unicam Spicam gerens, *Lolium.*
489. *Mucronatum* Folium, terminatum mucrone exſtante
490. *Multiflora* Gluma, (364) plures flores includens.
491. *Multivalvis* Gluma (364) pluribus quam duabus Squamis conſtans.
492. *Muniens* Somnus, (752) dum Folia (antea horizontaliter patentibus petiolis) circumcirca dependent, & quaſi fornicem formant.
493. *Muricatus* Caulis, punctis ſubulatis mollibus adſperſus.
494. *Mutica* Gluma, (364) Mucrone ſ. Ariſta deſtituta.

## N.

495. *Natans* Folium, ſuperficiei aquae incumbens, ſ. innatans. *Potamogeton.*
496. *Nectarium*, Pars mellifera flori propria, eſtque proprium (625) vel Petalinum. (580)
497. *Nervoſum* Folium, venis ſimpliciſſimis eminentibus a baſi ad apicem extenſis.
498. *Neuter* Flos, qui neque Stamina (771) neque Stylum (796) vel Stigma habet. *Coreopſis. Rudbeckia.* (Radius)
499. *Nidulantia* Semina, per pulpam absque ordine Sparſa, in Baccis. (75)
500. *Nitidum* Folium, Glabritie lucente.
501. *Nodi* . . *Nodoſus*, (349)
502. *Nucleus*, Pars edulis Fructuum, in oſſea Capſula, Nuce (511) recondita
503. *Nudum* Capitulum, (118) foliis & ſetis deſtitutum.
504. *Nudum* Folium, Setis & Pilis (591) deſtitutum.



Digitized by Google

505. *Nudum* Receptaculum, (661) ſuperficie nec villis nec paleis (536) tectum.

506. *Nudus* Caulis, Foliis deſtitutus. *Cuſcuta*. Oppoſitus Foliato (322.) & imbricato. (393)

507. *Nudus* Flos, caret Calyce, non Corolla.

508. *Nudus* Verticillus, (897) nec bracteis (99) nec Involucro (427) inſtructus.

509. *Nutans* Caulis, apice extrorſum reflexus.

510. *Nutans* Flos, non proprio Pondere, ſed peculiari ſtructura Pedunculi, extrorſum reflexus. *Carduus Nutans*.

511. *Nux*, ſemen tectum epidermate oſſeâ; uni ſ. bilocularis. Nucleum (502) condens.

## O.

512. *Obcordatum*, Obverſe cordatum. (521) (192)

513. *Obliqua Calyptra*, (112) ad aliquod Latus flexa.

514. *Obliquum* Folium, baſi coelum, apice horizontem ſpectans.

515. *Obliquus* Caulis, a perpendiculari aut horizontali Linea diſcedens.

516. *Oblongum* Folium, Diametro (*) longitudinali aliquoties ſuperante transverſalem.

517. *Obovatum* Folium, obverſe Ovatum. (533) 521)

518. *Obtuſe Crenatum* Folium (200)

519. *Obtuſum* Folium, intra ſegmentum (**) circuli terminatum.

520. *Obtuſum* acumine, Obtuſum (519) nervo medio apice prominulo.

521. *Obverſa* Folia, quorum baſis anguſtior evadit regione Apicis. Unde *Obverſe Cordata* ſ. *Obcordata* (512) *Obverſe Ovata* ſ. *Obovata*. (517.)

522.

(*) Linea, quae ab uno extremitatis puncto ad aliud in circuli ambitu, per centrum vadit, *Diametrus* dicitur. *Geometr.*

(**) Si circulum & ejus chordas duco pars ejus arcu uno & chorda comprehenſâ, ſub *Segmenti* nomine venit. *Geometr.*

522. *Obvoluta* Foliatio, (891) cum margines alterni comprehendunt oppoſiti folii marginem rectum. *Lychnis. Saponaria. Scabioſa.*

523. *Operculum* (Muſcis) Membrana Antherae (41) Orificium ſupra ciliis claudens, calyptra (112) tota aut ſemitecta. Varias aſſumit figuras: obtuſum, conicum, ſubulatum, arcuatum, rectum & obliquum.

524. *Oppoſita* Folia, duo per paria decuſſatim e regione collocata.

525. *Oppoſite-pinnatum* Folium, Pinnatum (593) foliolis oppoſitis. (524)

526. *Oppoſiti-foliae* Stipulae, (781) in latere folii oppoſito collocatae.

527. *Orbiculatum* Folium, Peripheria (*) circinata, (Diameter (516) longitudinalis aequalis transverſali.)

528. *Orgya*, *Orgyalis* Menſura, hexapoda ſ. humana altitudo, eſt Menſura inter manus expanſas. *Pedes Sex.*

529. *Ovale* Folium, ex orbiculato (527) oblongum, (516) utraque extremitate rotundata aequali.

530. *Ovato lanceolatum* Folium, Ovatum (533) ad lanceolatam (447) figuram accedens.

531. *Ovato-oblongum* Folium, Ovatum (533) ad oblongam (516) figuram accedens.

532. *Ovato-rhombeum* Folium, ovatum (533) ſimulque rhomboideum. (694)

533. *Ovatum* Folium, cujus diameter longitudinalis ſuperat transverſalem, baſi ſegmento circuli circumſcripta, apice anguſtiore.

P.

534. *Pagina* dicitur folii ſuperficies (811) utraque, unde pagina ſuperior & inferior.

e 2 535.

(*) Linea illa in ſe rediens, quae circulum conſtituit, quoniam radio in orbem circa ſe eunte deſcribitur, *peripheria* appellari ſolet.

Digitized by Google

535. *Palatum* Corollae, Gibboſitas prominens in Fauce (298) Corollae. *Antirrhinum.*

536. *Paleae*, Lamellae Receptaculo (661) innatae floſculos & tandem ſemina diſtinguens, in floribus Compoſitis (162) *Anthemis. Bidens. Hypochaeris.*

537. *Paleaceum* Receptaculum. Paleis (536) inſtructum

538. *Paleaceus* Pappus, (548) membrana inaequalis tenuis apici ſeminis adfixa.

539. *Palmata* Radix, Carnoſa, lobata. *Orchis.*

540. *Palmatum* Folium, diviſum ultra medium in Lobos ſubaequales baſi cohaerentes.

541. *Palmus*, *Palmaris* Menſura, Diameter quatuor digitorum transverſorum parallelorum, demto Pollice. *Unciae tres.*

542. *Panduraeforme* Folium, Oblongum (516) inferne latius, lateribus coarctatum.

543. *Panicula*, Flores ſparſi (755) in pedunculis diverſe diviſis & ſubdiviſis. Eſtque aequalis, vel ſecunda. (710)

544. *Paniculatus* Caulis, ramis varie ſubdiviſis, floribus numeroſis. *Eriger. canadenſe.*

545. *Papilionacea* Corolla, Irregularis (430) Petalo inferiore cymbiformi, (Carina (120) ſuperiore adſcendente, (Vexillum (898) lateralibus ſolitariis. (Alae (23)

646. *Papilloſum* Folium, tectum punctis carnoſis.

547. *Papposum* Semen, Pappo tenuiſſimo inaequali inſtructum. *Populus Salix.*

548. *Pappus*, Corona (195) ſeminis pennacea piloſave, volitans. Eſtque ſimplex vel compoſitus.

549. *Papuloſum* Folium, quod tegitur punctis veſicularibus.

550.

Digitized by Google

550. *Parabolicum* Folium, cujus diameter longitudinalis ſuperat transverſalem, verſus apicem ſenſim anguſtius rotundatum.
551. *Parallelum* Diſſepimentum. (887)
552. *Paraſiticus* Caulis, alteri Plantae nec terrae innatus. *Viſcum.*
553. *Partiale*, Involucrum, Involucellum. (425)
554. *Parallelepipeda* (*) Anthera (41) idem ac quadrangularis. *Polytrichum.*
555. *Partialis* Pedunculus, aliquot flores pedunculi communis (154) proferens.
556. *Partialis* Umbella (862) Umbellula. (863)
557. *Partitum* Folium, ad baſin fere diviſum, unde bi-tri-multipartitum, (91) a numero partium.
558. *Patens* Folium, ad angulum acutum (12. in not.) cauli inſidens.
559. *Patula* Panicula, (543) Pedunculis pedicelliſque undique diſperſis, floribus remotis. Opposit. *Coarctatae.* (146)
560. *Pedatum* Folium, Petiolo bifido, latere tantum inferiore adnectente foliola plura. *Helleborus.*
561. *Pedicellus*, Pedunculus (564) partialis (555) ſeu proprius floribus in Pedunculo communi. (154)
562. *Peduncularis* Cirrhus, (142) pedunculo inſidens.
563. *Pedunculatus* Verticillus, (897) pedunculis flores elevantibus.
564. *Pedunculus*, Fulcrum (338) ſuſtinens Fructificationem (331) nec folia.
565. *Pedunculus* (Muſcis) Seta (725) plerumque Colorata, antheram (41) ſuperne ſuſtinens, baſi tuberculata (852) nuda (*Bryum*) vel Perichaetio (574) veſtita. (*Hypnum.*)



(*) *Parallelepipedum* dicunt oriri, parallelogrammo ad perpendiculum, motu parallelo, demiſſo. *Geometr.*

Digitized by Google

566. *Pelta* (Lichenibus) Fructificatio plana ſ. revoluta, margini vel apici folii verticaliter adglutinata. *Lich. Canin. Aphtoſ. &c.*

567. *Peltatum* Folium. Petiolo Diſco Folii non baſi inſerto.

568. *Pennatus* Surculus (815) in Muſcis, quum Folia ad rachis utrinque latus annexa, alternata vel oppoſita ſunt.

569. *Perenne* Folium, per aliquot annos virens.

570. *Perennis* Radix, per plurimos annos regerminans.

571. *Perfoliatum* Folium, baſi transverſim cingente, (nec antice dehiſcente) Caulem. *Bupleurum.*

572. *Perianthium* Calyx (113) Fructificationi contiguus.

573. *Pericarpium* Viſcus Plantae, gravidum ſeminibus, quae matura demittit. Capſula, (119) Siliqua, (729) Legumen, (452) Folliculus (326) Drupa (272) Pomum (614) Bacca (75) Strobilus. (795)

574. *Perichaetium* (Muſcis) Congregatio foliorum anguſtorum, tuberculum (852) ſetarum (726) cingentium.

575. *Perpendicularis* Radix, quae recta deſcendit.

576. *Perſiſtens* Corolla, Perianth. ad maturitatem Fructus. *Nymphaea.*

577. *Perſiſtens* Folium, peracta aeſtate, non caſurum.

578. *Perſonata* Corolla, Ringens (693) ſed inter labia (433) Palato (535) Clauſa.

579. *Pes*, *Pedalis* Menſura, menſuratur a flexura Cubiti, ad baſin Pollicis. *Unciae duodecim.*

580. *Petalinum* Nectarium (496) Petalis inſertum. Porus (*Ranunculus*) Rima, *Hydrophyllum.*

581. *Petalum* Corollae, Pars Corollae in plures diviſae.

582.

Digitized by Google

582. *Petiolaris* Cirrhus, (142) Petiolo inſertus.
583. *Petiolaris* Gemma, (344) e foliorum rudimentis confecta.
584. *Petiolatum* Folium, Petiolo ad baſin inſerto. Seſſili (721) oppoſitum.
585. *Petiolus*, Fulcrum (338) ſuſtinens Folium, nec Fructificationem.
586. *Pileus* (Fungi) Orbiculus horizontaliter expanſus, ſubtus fructificationes in lamellis (442) gerens.
587. *Piliferum* Folium, apice in pilum deſinens. *Bryum*.
588. *Piloſum* Folium, quum Pili diſtincti elongati tegunt ſuperficiem.
589. *Piloſum* Receptaculum, pilis erectis tectum.
590. *Piloſus* Caulis, Pilis diſtinctis elongatis tectus.
591. *Pilus*, Ductus excretorius Plantae ſetaceus: Species Pubis. (628)
592. *Pinnatifidum* Folium, transverſim diviſum in lacinias horizontales oblongas.

*Bipinnatifidum* quum bis laciniis lateralibus diviſum.

593. *Pinnatum* Folium, Petiolo ſimplici lateribus adnectente Foliola plura.

*Abrupte*. (3) *Alternatim* (28) *Articulate* (60) *Cirrhoſum* (141) *Decurſive* (223) *Duplicato*. (274) *Interrupte* (421) *Oppoſite* (525) *Triplicato*. (843) pinnatum.

594. *Pinnatum cum impari*, Folium, Pinnatum (593) foliolo unico (impari) terminatum.
595. *Pinnatum ſine impari*, Folium (3)
596. *Pinnatus* ſurculus (815) oppoſitos alternatosve admittit Ramos.
597. *Pinnae* vocantur Foliola conjugata. *Pinnae pinnatae* quando foliola conjugata profundis inciſuris minores *Pinnulas* repraeſentant.



Digitized by Google

598. *Piſtillum* Organum genitale femineum, conſtat Germine (351) Stylo (796) & Stigmate. (775)

599. *Placentatio*, eſt Cotyledonum (199) Diſpoſitio ſub ipſa ſeminis Germinatione. *Mono*-(482) *Di*-(241) *Acotyledones*. (8)

600. *Plantae* dicuntur Dicotyledones (241) Herbae (375) & Arbores.

601. *Planum* Folium, ſuperficie ubique aequali.

602. *Plicata* Vernatio, (891) in plicas varias coarctata longitudinaliter. *Betula*, *Crataegus*. &c.

603. *Plicatum* Folium, Diſco (257) plicis acutis alternatim flexo, angulis dependentibus, & adſcendentibus. *Alchemilla*.

604. *Plumoſae* Setae (726) villoſae, compoſitae.

605. *Plumoſus* Pappus. (548) pilis pennatis conſtans.

606. *Plumula*, Pars Corculi (188) ſquamoſa adſcendens.

607. *Pollen* Pulvis Floris anthera (41) incluſa, humore rumpendus, atomosque elaſticos ejaculans. (Genitura Plantarum.)

608. *Pollex*, Pollicaris menſura, eſt longitudo aut Diameter extimi Articuli Pollicis. *Uncia una*.

609. *Polyanthos* Caulis, qui plures quam unum ſuſtinet florem.

610. *Polygama* Planta, (Hybrida) quae flores hermaphroditos neceſſario, dein alios flores alterius ſexus, femineos vel maſculos, in ēadem ſpecie profert.

611. *Polypetala* Corolla, Petalis pluribus. Numerus ab ordinibus Inſertionum determinatur. *Anemone*. *Hepatica*.

612. *Polyphyllum* Perianthium. Foliolis pluribus conſtans

613. *Polyſtachius* Culmus, plures quam unam Spicam gerens.

614.

614. *Pomum* Pericarpium (573) farctum evalve, capſulam (119) continens.
615. *Praemorſa* Radix, deorſum truncata, Radiculas (645) laterales emittens. *Sc. Succiſa. Plantago.*
616 *Praemorſum* Folium, Obtuſiſſimum, terminatum inciſuris inaequalibus.
617. *Prismaticum* (*) Pericarpium, lineare polyëdrum, lateribus planis.
618. *Procumbens* Caulis, debilis horizontaliter terrae innitens.
619. *Prolifera* Umbella, (862)
620. *Prolifer* Flos, cum ex uno Flore alius enaſcitur. *Scabioſa. Geum rivale. Bellis hortens.*
621. *Prolifer* Caulis, ex apricis centro emittens tantum ramos. *Pinus.*
622. *Propagines*, Muſcorum ſemina nuda ſ. Tunica cotyledonibusque deſtituta.
623. *Proprium* Involucrum, cuilibet Flori ſubjectum.
624. *Proprium* Perianthium, quemlibet florem reſpiciens.
625. *Proprium* Nectarium, a petalis & ceteris partibus diſtinctum. *Aconitum.*
626. *Proprium* Receptaculum, quod partes unius tantum Fructificationis reſpicit.
627. *Proſtratus* Caulis, baſi decumbente erectus.
628. *Pubes*, Hirſuties omnis in Planta, Pili (591) Lana (444) Barba (77) Tomentum (828) Strigae (793) Setae (726) Hami (373) Glandulae (356) Viſcoſitas (905) Glutinoſitas. (365)
629. *Pubeſcens* Folium, Caulis, tectum pilis (591) raris brevibus ſibi incumbentibus.
630. *Pulpoſum* Folium, materia tenaci farctum.
631. *Punctatum* Folium, punctis excavatis adſperſum.



(*) *Prisma* effici, ajunt, cum figura rectilinea ad rectam deſcendat. motu parallelo. *Geometr.*

632. *Pungens* Folium Aculeis (11) ſ. Spinis (761) Armatum.

## Q.

633. *Quinatum* Folium, Digitatum (247) foliolis quinis.

634. *Quinquangulare* Folium, angulis quinis prominentibus. Spec. Angulati. (34)

## R.

635. *Racemus*. Pedunculo communi, pedicellisque lateralibus, inſtructo. *Ribes.*

636. *Rachis*, Receptaculum filiforme floſculos longitudinaliter adnectens, in Spicam. (759)

637. *Rachis* ſ. *Coſta*, Productio Petioli ſ. Nervus intermedius, foliorum medium longitudinaliter percurrens.

638. *Radiatus* Flos. Corollulis Diſci (256) Tubulatis (854) Ambitus (527) vero Ligulatis (454) difformibus, compoſitus. (162)

639. *Radiata* Umbella (862) petalis florum marginalium, reliquis majoribus *Tordyl. Caucalis.*

640. *Radicale* Folium, quod ex radice immediate exit.

641. *Radicans* Caulis, aliis ſe adfigens Radiculis lateralibus. *Hedera. Cuſcuta.*

642. *Radicans* Folium, ſi radices agat. unde.

643. *Radicata* Folia, quae radiculas demittunt ex ſubſtantia ipſius folii.

644. *Radicatio*, eſt Radicis diſpoſitio Caudice adſcendente (127) Deſcendente (648) & Radiculis (645)

645. *Radicula*, Pars Radicis (648) fibroſa.



Digitized by Google

646. *Radius*, Floris Compoſiti (638) ambitus ex Corollulis ligulatis. (454)
647. *Radii* (*) dicuntur etiam Pedunculi Umbellae (862) & Setae rigidiores Pappi. (548)
648 *Radix* Organum nutriens Plantam (600) Conſtat Caudice deſcendente & Radiculis. (645)
649. *Rameum* Folium, quod Ramo (non Cauli) inſidet.
650. *Rami* Partes caulis. Situs notetur.
651. *Ramificatio*, manifeſtatur in ſitu Ramorum, quem folia ſequuntur. (147. 268. 266. 263. 896. 225. 669. 683. &c.)
652. *Ramoſa* Radix, in fibras (645) ſubdiviſa.
653. *Ramoſa* Spica (759) varie in Spicas partiales diviſa.
654. *Ramoſa Spina* (761) diviſa, apice partita.
655. *Ramoſae Setae*, (726) ſ. *Furcatæ*, ſubdiviſae quaſi in Ramulos. *Leontodon. hiſpid. Arabis thaliana.*
656. *Ramoſum* Folium, Pedatum. (560)
657. *Ramoſus* Aculeus, (11) *Furcæ.* (341)
658. *Ramoſus* Caulis, Ramis lateralibus pluribus inſtructus.
659. *Ramoſus* Pappus, (548) Radiis (647. b.) ſubdiviſis. *Carlina.*
660. *Romoſiſſimus* Caulis, Ramis numeroſis abs-que ordine cumulatis.
661. *Receptaculum*, Baſis qua partes Fructificatio-nis (331) connectuntur. Eſtque Commune (152) vel Proprium. (626)
662. *Reclinatum* Folium, deorſum verſus petio-lum flexum, ut arcus ſit baſi inferior, apice ad-ſcendente.
663. *Reclinatus* Caulis, arcuatim verſus terram. *Ficus.*
664. *Recta* Ariſta, perpendiculariter exiens. *Agro-ſtis. Spica Venti.*

665.

(*) Lineae pares, quae ex medio puncto, quod *Centrum* dicunt, ad puncta peripheriae ducuntur, *radii* appellantur. *Geometr.*

665. *Recta* Calyptra, (112) undique aequalis.
666. *Rectus* aculeus, flexuris deſtitutus.
667. *Recurvatum* Folium, deorſum, ut Convexitas Arcus ſuperiora ſpectet.
668 *Recurvi* Aculei, (11) extrorſum reflexi. *Roſa.*
669. *Reflexi* Rami, (650) perpendiculariter dependentes.
670. *Reflexum* Folium, deorſum curvatum, ut apex baſi inferior evadat.
671. *Reflexum* Perianthium, partibus retrorſum flexis.
672. *Regularis* Corolla, aequalis, (17) figura, magnitudine & proportione partium.
673. *Remota* Corolla, a Calyce interjecto Germine, (351) *Sanguiſorba. Poterium.*
674. *Remota* Folia, Spatio e ſe invicem diſtantia.
675. *Remota* Volva, (907) a Capitulo (118) Spatio recedens.
676 *Reniforme* Folium, ſubrotundum, (805) baſi ſinu excavatum, angulis poſticis deſtitutum.
677. *Repandum* Folium, cujus margo angulis, eisque interjectis ſinubus circuli ſegmento inſcriptis, terminatur.
678. *Repens* Caulis, Terrae imcumbens, radiculasque agens.
679. *Repens* Radix, longe ſub terra excurrens, hinc inde germinans, & Radiculas demittens.
680. *Reſtantes* Pedunculi, poſt Caſum fructificationis.
681. *Reſupinata* Corolla, Tubo contorto, ut Labium ſuperius Terram, inferius coelum ſpectet. *Viola. Scrophularia.*
682. *Reſupinatum* Folium, Pagina (534) ſuperiore inferiore, & inferiore ſuperiore facta.

683.

683. *Retroflexi* Rami, horſum vorſum divaricati. (266)
684. *Retrofractus* Pedunculus, vi quaſi ad dependendum redactus.
685. *Retrorſum* Sinuatum, Fol. Runcinat. (699)
686. *Retuſum* Folium, quod terminatur ſinu obtuſo.
687. *Revoluta* Vernatio, (891) lateribus verſus Paginam inferiorem utrinque ſpiraliter contortis. *Primula. Tuſſilago.*
688. *Revolutum* Folium, quod deorſum in Spiram revolvitur.
689. *Revolutus* Cirrhus, Spira dimidio itinere retorta. *Bryonia. Leguminoſae.*
690. *Rictus* Corollae, hiatus inter duo Labia Corollae Ringentis. (693)
691. *Rigidus* Caulis, flexurae impatiens.
692. *Rimoſus* Caulis, Cortice exteriore fiſſuras ſponte agens *Acer.*
693. *Ringens* Corolla, Limbo (456) irregulari in duo Labia hians. (343. 433.)
694. *Rhombeum* Folium, Figura Rhombi. (*)
695. *Roſtellum.* Pars Corculi (188) in ſemine, ſimplex deſcendens.
696. *Potata* Corolla, Monopetalae, Limbus (456) planus, partitus, nullo tubo. (857) impoſitus.
697. *Rotundum* Folium, ſ. *Rotundatum*, angulis orbum.
698. *Rugoſum* Foſium, Rugis confertum. *Salvia.*
699. *Runcinatum* Folium, (685) Pinnatifidum, (592) ita ut lobi antice convexi, portice tranſverſi ſint. *Leontod. Taraxac.*

## S.

700. *Sagittatum* Folium, Triangulare (834) baſi ſinu excavatum, angulis poſticis acutis.

701.

---

(*) Cujus figurae quadratae latera aequalia quidem, non autem recti ſunt anguli; *Rhombus*; cujus neque recti anguli, neque omnia latera ſed oppoſita tantum, aequalia ſunt, *rhombiformis* dicitur. *Geometr.*

701. *Sarmentoſus* Caulis, filiformis ſubnudus, geniculis radicantibus.

702. *Scaber* Caulis, Punctis eminentibus rigidiuſculis exaſperatus.

703. *Scandens* Caulis, alta petens, aliisque corporibus ſuſtinendus.

704. *Scapus* Pedunculus, Radicatus, caulis faciem induens. *Viola odorata.*

705. *Scapus* Trunci (850) Species, fructificationem ſuſtinens, abſque foliis. *Narciſſus.*

706. *Scarioſum* Folium, ſubſtantia ſicca arida, tactu ſonora.

707. *Scarioſum* Perianthium, imbricatum (392) ſquamis margine ſ. apice membrana auctis, arida ſonora. *Chryſanthem.*

708. *Scutellum*, Fructificatio orbiculata, concava: margine undique elevato. *Lichenes.*

709. *Scyphus*, in Lichenibus pyxidatis, conſtat ſtipite baſi attenuato, ſuperne dilatato excavato, fructificationes ſeſſiles, ſeu pedunculatas ſcutelliformes, proferens.

710. *Secunda* Panicula, (382) Pedunculis floribusque omnibus verſus unum idemque latus flexis. *Feſtuca. Dactyl. glom.*

711. *Secunda* Spica, floribus omnibus ad unum latus verſis.

712. *Semen* Vegetabilis Pars decidua, novi rudimentum, pollinis (607) irrigatione vivificatum, veſica tunicatumque. Partes: Hilum (383) Colyledon (199) Corculum. (188)

713. *Semiamplexicaule* Folium, gradu minore differt a fol. amplexicauli. (30)

714. *Semicylindricum* Folium, Teres (817) ſed altero latere longitudinaliter planum.

715. *Seminale* Folium, quod antea Cotyledon (199) fuit, & primum in Planta eſt.

716.

Digitized by Google

716. *Seminum* Receptaculum, Baſis, qua ſemina intra Pericarpium adfiguntur.
717 *Semiteres* Caulis, hinc planus, inde teretiuſculus.
718. *Sempervirens* Folium, per omnia tempora anni virens.
719. *Sericeum* Folium, tectum pilis appreſſis, molliſſimis nitidis.
720. *Serratum* Folium, margine inciſo: omnibus inciſuris extremitatem reſpicientibus. *Duplicato ſerratum* (275) inciſuris iterum inciſis.
721. *Seſſile* Folium, immediate Cauli vel Ramo, absque petiolo inſidens.
722. *Seſſilis* Pappus, (548) Semine absque Stipite (779) adhaerens.
723. *Seſſilis* Umbellula, (863) plures Pedunculos ſimplices ex eodem centro, ambitu aequali, prodeuntes.
724. *Seſſilis Verticillus*, (897) absque pedicellis manifeſtis.
725. *Seta* dicitur Pedunculus (565) in Muſcis.
726. *Setae*, Pili rigidiuſculi teretiuſculi, Spec. Pubis. (628)
727. *Sicca* Drupa, (272) non ſucculenta. (808)
728. *Silicula*, Siliqua (729) ſubrotunda, oblonga, obcordata ſtylo inſtructa. *Lepidium. Draba. Thlaſpi.*
729. *Siliqua*, Pericarpium (575) membranaceum bivalve, adfigens ſemina ſecundum utramque ſuturam: conſtat valvis (884) & Diſſepimento.
730. *Simplex* Aculeus, (11) non diviſus. (666) (404) (668)
731. *Simplex* Caulis, continua ſerie verſus apicem extenſus.
732. *Simplex* Cirrhus, indiviſus.
733. *Simplex* Flos, intra Perianthium aut Corollam unicum receptaculum conſtituit.

734.

Digitized by Google

734. *Simplex* Folium, cum Petiolus gerit unicum Folium, differt: 1) Circumſcriptione (138) 2) Angulis (36) 3) Sinubus (745) 4) Apice (45) 5) Margine (473) 7) Superficie (811) 8) Subſtantia (806) 9) Duratione. (277)

735. *Simplex* Fructificatio, (331) Paucis floribus conſtans.

736. *Simplex* Pappus, (548) radiis pluribus indiviſis in orbem poſitis. *Hieracium*.

737. *Simplex* Perianthium, compoſitum dum ſeries unica ſquamarum ambit floſculos. T. *Farfara*.

738. *Simplex* Radix, quae non ſubdividitur.

739. *Simplex* Seta (725) continuo extenſa longitudinaliter.

740. *Simplex* Spica, Rachi (637) indiviſa.

741. *Simplex* Umbella (862) Pedunculis non ramoſis omnibus ex uno eodemque Receptaculo ortis.

742. *Simpliciſſimus* Caulis, idem ac Integer. (415)

743. *Siniſtrorſum*, hoc eſt: quod reſpicit ſiniſtrum, ſi ponas te ipſum in centro conſtitutum, meridiem adſpicere; *Dextrorſum* itaque contrarium. (908 909.)

744. *Sinuatum* Folium, a lateribus ſinubus dilatatis.

745. *Sinus*, Diſcum Folii in partes ſecant. (676. 192. 374. 700. 306. 540 592. 470. 699. &c.

746. *Situs* Foliorum. Inſertio. (413)

747. *Solidus* Bulbus (106) Carnoſus, intus indiviſus. *Tulipa*.

748. *Solidus* Caulis, interne farctus (292) non tuboloſus. (856)

749. *Solitariæ* Stipulae, ſimplices, ſparſae.

750. *Solitarius* Pedunculus, qui unicus eſt in loco.

751. *Solutæ* Stipulae, Folia, baſi productae, craſſitiem perdentes.

752.

752. *Somnus*, nocturna Foliorum mutatio in Planta. Connivens, (182) Includens, (399) Circumſepiens, (139) Muniens, (492) Conduplicans, (170) Involvens, (429) Divergens, (267) Dependens, (234) Invertens, (424) imbricans. (390)

753. *Spadix*, Receptaculum (661) Palmae, enatum intra Spatham, in ramulos fructificantes diviſum.

754. *Sparſa* Folia, absque certo ordine conſtituta.

755. *Sparſi* Pedunculi, ubi plures absque ordine prognaſcuntur

756. *Spatha* Calyx (113) membranaceus, longitudinaliter ruptus. *Narciſſus.*

757. *Spatulatum* Folium, ſubrotundum (805) baſi anguſtiore lineari. (458)

758. *Sphaerophyllum*, Fructificatio feminea, ſeſſilis vel pedunculata, conſtans minutiſſimis foliis congregatis imbricato-patulis. *Mnium pellucid. Androgyn.* & *Fiſſum.*

759. *Spica* Floribus ſeſſilibus alternis, pedunculo communi ſimplici (Rachi) adfixis.

760. *Spicula*, *Spicilla*, partialis ſpica, compoſitae (158) Locuſta dicta.

761. *Spica*, Mucro durus, pungens, e ligno, (non ex cortice) protruſus. A cultura ſaepe evaneneſcens. *Pyrus. Prunus. Rhamnus.*

762. *Spineſcens* Petiolus, indureſcens et pungens.

763. *Spinoſum* Folium, quod margine exit in acumina rigida ſubulata & pungentia. *Carduus. Ilex.*

764. *Spinoſum* Perianthium, Squarroſum, (770) Squamis in mucrones pungentes terminatis. *Onopordon.*

765. *Spinoſus* Caulis. Spinis (761) armatus.



Digitized by Google

766. *Spiralia* Vernatio (136)

767. *Spithama*, Spithamalis, Menſura, Spatium inter Apicem Pollicis & Indicis extenſum. *Unciae ſeptem.*

768. *Squamoſus* Bulbus, (106) Lamellis ſ. ſquamis imbricatus. *Lilium.*

769. *Squamoſus* Caulis, ſquamis adſperſus.

770. *Squarroſum* Perianth. Imbricatum (392) ſquamis undique divaricatis patentiſſimis. *Onopordon. Conyza.*

771. *Stamen*, Viſcus pro Pollinis (607) praeparatione, (Organum Genitale maſculinum.) Conſtat 1) Filamento, (303) Anthera (41) & Polline. (607)

772. *Stella* ſ. *Stellula*, Fructificatio in Muſcis: Surculi terminalis expanſio pluribus foliis patentibus conflata cujus medio (in quibusdam) minuta folia compactiſſima, in aliis diſtinctiora corpora cylindrica (209 in not.) imbricata, inſident. *Polytrichum. Mnium.*

773. *Stellata* Folia, Verticillata. (895)

774. *Stellatae* Setae, (726) decuſſatim diſpoſitae.

775. *Stigma*, Summitas Piſtilli (598) madida humore, pro Pollinis receptione. Numerus & Figura notetur.

776. *Stimuli*, Mucrones puncturas inflammatorias efficientes, unde pruriginoſae evadunt Partes. *Urtica.*

777. *Stipes* Frondis (329) Trunci (850) Species, in Folium tranſiens. *Filices.*

778. *Stipes* Fungi, Truncus ſ. Pes fungi, eſtque farctus, vel fiſtuloſus; nudus vel annulatus. (37)

779. *Stipes* Pappi (548) Filum elevans connectensque Pappum & Semen. Unde.



Digitized by Google

780. *Stipitatus* Pappus. Stipite (779) inſtructus, non ſeſſilis. (722)
781. *Stipula*, Foliorum ſ. Squamula, baſi petiolorum enaſcentium ubique adſtans. Fulcri (351) Species.
782. *Stipulares* Glandulae (356) Stipulis inſertae.
783. *Stipularis* Gemma, (344) ex Stipulis (781) confecta.
784. *Stipulatio*, Stipularum (781) ſitus & ſtructura ad Baſin Foliorum.
785. *Stipulatus* Caulis, Stipulis (781) notatus.
786. *Stolones*, (786) nova Plantarum Soboles, e Radicibus fructificantes, per quas Plantae quoque multiplicantur. *Ajuga. Viola od.*
787. *Stoloniferus* Caulis, Turiones (861) ad radicem emittens.
788. *Striatum* Folium, Lineis ſuperficialibus excavatis parallelis inſcriptum.
789. *Striatus* Caulis, Lineis tenuiſſimis excavatis longitudinalibus.
790. *Stricta* Panicula (543) pedunculis pedicellisque rigidiuſculis. Oppoſit. Laxae. (450)
791. *Strictum* Folium, omnino perpendiculare absque flexura.
792. *Strictus* Caulis rectus, perpendicularis, non flexuoſus.
793. *Strigae*, Pili rigidiuſculi planiuſculi.
794. *Strigoſum* Folium, aculeis lanceolatis rigidis in ſuperficie.
795. *Strobilus*, Pericarpium (573) imbricatum, ex Amento (29) coarctato factum, ſquamis induratis. *Pinus.*
796. *Stylus*, Pars Piſtilli (598) intermedia, elevans Stigma (775) a Germine. (351) Situ, Diviſione, & figura differt.
797. *Subalare* Folium, Axillare (73)



Digitized by Google

798. *Subcordatum* Folium, ad hanc figuram, (192) fere accedens.

799. *Subdiviſus* Caulis, in ramos abſque ordine.

800. *Suberoſus* Caulis, Cortice exteriore molliore, ſed elaſtico indutus.

801. *Submerſum* Folium, intra aquae ſuperficiem abſconditum.

802. *Subovatum* Folium, ad ovatam figuram (533) ſubaccedens.

803. *Subramoſus* Caulis, ramis pauciſſimis lateralibus.

804. *Subrotundum* Capitulum. (118) fere globoſum.

805. *Subrotundum* Folium, cujus figura Orbiculato (527) proxime accedit.

806. *Subſtantia* Folii, conſideratur ſecundum latera. (478. 706. 353. 235. 166. 155. 630. 122. 6. 270. &c.)

807. *Subulatum* Folium, ad baſin lineare (458) verſus apicem ſenſim attenuatum.

808. *Succulenta* Drupa (272) humorem continens. *Prunus.*

809. *Suffruticoſus* Caulis, baſi permanens, ramis quotannis marceſcens.

810. *Sulcatum* Folium, Diſco (257) lineis profundis excavatum.

811. *Superficies* Folii, Paginam (534) Supinam (ſuperiorem) vel pronam (inferiorem) tegit. Communiter prima coelum, ſecunda terram ſpectat. (504 500. 355. 148. 497. 840. 839. 845.)

812. *Superum* Germen, (351) Corolla incluſum.

813. *Superus* Flos, Calyx. Cui Germen. ſub receptaculo. ſ. cujus Calyx abit in Fructum. *Tourn.*

814.

814. *Supradecompoſitum* Folium, cum Petiolus aliquoties (bis-ter) diviſus, adnectit plurima Foliola. (818. 848. 841.)

815. *Surculus*, Caulis ſpecies in Muſcis, reptans, procumbens vel erigens; expanſione continue multiplicatur. (568. 596. 393.)

## T.

816. *Teres* Caulis, cylindricus (209. in not.) ſ. angulis deſtitutus,

817. *Teres* Folium, quod maxima ex parte cylindricum.

818. *Tergemminum* Folium, (842) Petiolus bifidus utroque apice foliola duo ferens, & inſuper foliola dico ad divaricationem petioli communis.

819. *Terminalis* Ariſta. (54) apici Glumae adfixa.

820. *Terminalis* Pedunculus, ſ. Flos. ad apicem Caulis ſ. Rami poſitus.

821. *Terna* Folia (89)

822. *Ternatum* Folium, eſt Digitatum (247) foliolis tantum tribus. Eſtque foliolis ſeſſilibus vel petiolatis.

823. *Teſſelata* Folia, Colorat. Species, (148) maculis quadrangularibus diſcoloribus picta.

824. *Tetragonus* Caulis, (837)

825. *Thalamus*, Receptaculum. (661)

826. *Thyrſus*, Panicula (543) coarctata in formam ovatam. *Syringa*. T. *Petaſites*.

827. *Tomentoſum* Folium, villis intertextis (828) obductum.

828. *Tomentum*, Spec. Pubis, (628) villi intertexti vix conſpicui.

829. *Toroſa* Siliqua (729) *Toruloſum* Pericarpium. Prominentiis hinc inde Gibba.

830. *Torſio*, *Intorſio*, Contorſio (183) Flexio Partium Plantæ, verſus alterum latus. (681. 682. 910. 908. 909 186.)

831. *Tortilis* Ariſta (54) funis inſtar flexa. *Avena.*

832. *Tranſverſum* Diſſepimentum. (886)

833. *Trapeziforme* Folium, Quadrangulare, lateribus inter ſe inaequalibus.

834. *Triangulare* Folium, angulis tribus prominentibus. Angulati Spec. (34)

835. *Triangularis* Caulis, *Quadrangularis* &c. a numero angulorum longitudinaliter prominentium.

836. *Tricocca* Capſula, (119) tribus nodis protuberans, intusque in tria Loculamenta (463) diviſa. *Euphorbia.*

837. *Trigonus* Caulis, tetragonus, pentagonus, hexagonus. Angulis tribus, quatuor, quinque, ſex, prominentibus. *Ancipitis* Spec. (31)

838. *Trilobum* Folium, (462)

839. *Trinervatum* Folium, Nervoſum (497) tribus nervis, *pone Baſin* Folii concurrentibus.

840. *Trinerve* Folium, Nervoſum (497) tribus nervis *in Baſi* Folii concurrentibus.

841. *Tripinnatum* Folium, (843) cum Petiolus communis adfigit plura foliola bipinnata. (92)

842. *Triplicato-gemminatum*. (818)

843. *Triplicato-pinnatum*. (841)

844. *Triplicato-ternatum*. (848)

845. *Triplinerve* Folium, nervoſum (497) tribus nervis, *ſupra Baſin* concurrentibus.

846. *Triqueter* Culmus, lateribus tribus exacte planis.

847. *Triquetrum* Folium, Tribus lateribus longitudinaliter planis, in folio ſubulato. (807)

848.

Digitized by Google

848. *Triternatum* Folium, (844) cum petiolus adfigit tria foliola biternata. (93)

849. *Truncatum* Folium, quod transverſali terminatur.

850. *Truncus*, Organum multiplicans Plantam, quatuor numerantur Species: 1) *Caulis* (132) 2) *Culmus* (205) 3) *Scapus* (705) 4) *Stipes*. (777) *Rami* partes ſunt Trunci.

851. *Tuberculum* (*Lichen.*) Fructificatio, conſtans punctis ſcabris, ex pulvere quaſi congeſtis.

852. *Tuberculum* (*Muſci*) baſis Pedunculi (565) Ovata, ſeu conica; nuda vel Perichaetio (574) veſtita, qua ſurculo (815) adfigitur.

853. *Tuberoſa* Radix, e partibus carnoſis filo quaſi connexis. *Filipendula. Poeonia.*

854. *Tubulata* Corolla, Monopetala (485) Tubo (857) Cylindrico, (209. in not.) Limbo Campaulato, 4 ſ. 5 fido.

855. *Tubuloſus* Flos, Compoſitus, (162) Corollulis floſculorum omnibus tubulatis (854) ſubaequalibus.

856. *Tubuloſum* Folium, quod interne ſi detruncetur cavitatem habet.

857. *Tubus* Corollae, Monopetalae (485) pars inferior cylindracea.

858. *Tunicatus* Bulbus, (106) Tunicis numeroſis veſtitus. *Cepa.*

859. *Tunicatus* Caulis, membranis veſtitus.

860. *Turbinatum* Perianthium, obverſe Conicum. (176)

861. *Turiones*, Tenellae plantarum ſoboles, verno tempore cum foliis e terra erumpentes. (786) *Aſparagus. Humulus.*

U.

## U.

862. *Umbella*, Receptaculum ex eodem centro elongatum pedunculos filiformes proportionatos.
863. *Umbellula* eſt partialis Umbella. (556)
864. *Umbilicatum* Folium, Peltatum. (567)
865. *Umbo*, Diſcus (256)
866. *Undatum*, Diſco (257) plicis obtuſis alternatim flexo.
867. *Undulatum* Folium, Margine plicis alternatim flexo.
868. *Unguis* Corollae Polypetalae (611) pars inferior anguſtata, qua Receptaculo adfigitur.
869. *Unguis*, Unguicularis Menſura, eſt longitudo Unguis. *Lineae Sex.*
870. *Uniflora* Gluma (364) unicum Florem amplectens. *Agroſtis.*
871. *Uniflorus* Pedunculus, bi-tri-multiflorus, pro numero florum quos profert.
872. *Unilateralis* Racemus, (635) Flores omnes ad alterum latus inſerti.
873. *Univalvis* Gluma (364) unica conſtans ſquama.
874. *Univalvis* Spatha (756) uno latere dehiſcens. *Leucojum.*
875. *Univerſale* Involucrum, (427) Umbellae univerſali ſubjectum.
876. *Univerſalis* Umbella (862) quae alias Umbellulas (887) Apicibus gignit.
877. *Urceolata* Corolla, quae Urceoli ſ. Pelvis inſtar inflata, & undique gibba eſt.
878. *Urens* Caulis, Stimulis (776) adſperſus.
879. *Utriculi*, Vaſcula liquore ſecreto repleta.

880.

Digitized by Google

880. *Vaginæ* Foliorum, Vaginantis (882) Folii, Tubus cylindricus Culmum vel Caulem veſtiens.

881. *Vagina* (Muſcis) Membrana pervia tubuloſa, ſurculo inſidens, & tuberculum (852) Pedunculi (565) arcte veſtiens. *Polytrichum*.

882. *Vaginans* Folium, baſi formante tubum, culmum veſtientem. (880)

883. *Vaginatus* Culmus, Foliorum Vaginis (880) cinctus.

884. *Valvæ*, *Valvulæ*, Paries quo tegitur fructus externe.

885. *Valvis* dehiſcit Capſula, (119) unde tri-quadri-quinque-ſex-valvis, a numero ſegmentorum.

886. *Valvis contrarium*, ſ. Transverſum Diſſepimentum, (259) anguſtius, ubi Valvulae (884) coarctatae evadunt concavae. *Thlaſpi*.

887. *Valvis Parallelum* Diſſepimentum (259) latitudine & Diametro transverſali ad Valvulas (884) accedens. *Alyſſum*. *Turritis*.

888. *Venoſum* Folium, Vaſis diſcurrentibus multifariam diviſis.

889. *Ventricoſa* Spica, (759) lateribus gibba.

890. *Ventricoſa* Corolla, Perianth. in ventrem intumeſcens.

891. *Vernatio*, (321) Foliorum Diſpoſitio intra gemmam, (344) Conduplicata, (171) Convoluta,

luta, (186) Involuta, (428) Revoluta (687) Obvoluta, (522) Equitantia, (286) Imbricata, (391) Plicata, (602) Reclinata, (662) Circinalia. (136)

892. *Verſatilis* Anthera (41) incumbens. (892)

893. *Verſus* Florum, eſt eorum certam verſus Plagam quaedam diſpoſitio.

894. *Verticale* Folium, paginam ſuperiorem meridiei (non coelo) obvertens.

895. *Verticillata* Folia, ſ. Stellata, plura quam duo folia caulem ambientia. (821)

896. *Verticillati* Rami, plures truncum (850) ad genicula (362) circumdantes.

897. *Verticillus*, Floribus pluribus Caulem annulatim ambientibus. *Didynamia.*

898. *Vexillum*, Superius Petalum Corollae Papilionaceae, (545) Alis (23) & Carinae (140) imcumbens.

899. *Vigiliae* Plantarum, abſolvuntur determinatis horis Diei, quibus Plantae Flores quotidie aperiunt, expandunt, & claudunt. *Tragopogon. Hieracium.* &c.

900. *Villoſa* Calyptra, ſurſum vel deorſum piloſa. *Bryum Striat. Polytrichum.*

901. *Villoſum* Folium, Tectum pilis mollibus.

902. *Villoſus* Caulis, Pilis mollibus pubeſcens. *Rhus.*

903.

Digitized by Google

903. *Virgatus* Caulis, ramuſculis debilibus numeroſis inaequalibus.

904. *Viſcidum* Folium, oblinitum tenaci humore.

905. *Viſcoſitas*, Qualitas humoris tenacis.

906. *Vivipara* Gramina fiunt, dum glumae Corollae excreſcunt in folia, tumque abortiunt, & Stamina cum Piſtillis plane evaneſcunt.

907. *Volva*, Calyx-Fungi membranaceus, undique lacerus.

908. *Volubilis* Caulis, ſpiraliter adſcendens per ramum alienum.

809. *Volubilis* dextrorſum, (743) ☽ contra motum Solis. *Convolvul.*

910. *Volubilis* Siniſtrorſum (743) ☾ Secundum ſolem. *Humulus. Polyg. Convolvul.*

911. *Vulgaris* Planta, ſ. *Frequens*, quae in ſolo apto ſponte & copioſe provenit.



Digitized by Google

## Emendanda.

### In Præf.

Pag. 3. lin. 14. iujuria lege *injuria*.

p. 4. l. 5. veſtigiat l. *veſtigia*.

p. 5. l. 21. majorum l. *majorem*.

### In Nomencl.

P. XL. Nro. 607. inelufa lege *inclufus*.

## CLASSIS I.

Digitized by Google

# CLASSIS I.
# MONANDRIA
## A. MONOGYNIA.
### HIPPURIS.

LINN. *Gen. Plant.* no. 11.

*Cal.* o. *Petala* o. *Stigma* ſimplex. *Semen* 1. LINN. SYST. NAT. T. II. *pag.* 52.

1. HIPPURIS, *vulgaris. Linn. Spec. Plant. pag.* 6. (*Limnopeuce. Hall. Hiſt. Stirp. Helv. no.* 1572.)

Habitat in foſſis & piſcinis ad *Driedorff*, *Beilſtein*, alibique. Floret Majo.

## B. DIGYNIA.
### CALLITRICHE. G. P. 13.

*Cal.* o. *Petala* 2. *Capſ.* 2-locularis, 4-ſperma. S. N. 52.

2. CALLITRICHE, *verna*, foliis ſuperioribus ovalibus, floribus androgynis. *Linn. Spec.* 6. (*Stellaria. Hall.* 553.)

β. Stellaria foliis imis linearibus, ſupremis ſubrotundis. *Hall.* 554.

H. α. in aquis ſtagnantibus paſſim; β. ſimilibus locis *im Fiſchvveyer-Grund*; *bey der untern Walckmühle.* Floret α. Majo, β. Junio.

Var. β. Flores *ſuperiores* maſculi, *inferiores* feminei, *uti in* α; Folia *caulina linearia*, *apice bifida*, *uti in ſequente.*

3. CALLITRICHE, *autumnalis*, foliis omnibus linearibus apice bifidis, floribus hermaphroditis. *Linn. Spec.* 6. (*Hall.* 555.)

H. in foſſis aquoſis, & aquis quietis, *bey der Papiermühle*; & alibi rarius. Floret Auguſto, & ſequ.



Digitized by Google

# CLASSIS II.

# DIANDRIA

## A. MONOGYNIA.

* *Flores inferi, monopetali, regulares.*

LIGUSTRUM. G. P. 18.

*Cor.* 4-fida. *Bacca* 4-ſperma. S. N. 55.

4. LIGUSTRUM, *vulgare. Linn. Spec.* 10. (*Hall.* 530.)
H. ad ſepes paſſim. Floret Junio.
*Pharm.* LIGVSTRI Flores.

SYRINGA. G. P. 22.

*Cor.* 4-fida. *Capſ.* 2-locularis. S. N. 56.

5. SYRINGA, *vulgaris*, foliis ovato-cordatis. *Linn. Spec.* 11. (*Hall.* 531.)
H. Ad ſepes frequens, frutex perſicæ originis; Var. Floribus albis in Hortis *auf dem Berg.* Floret Majo.

** *Flores inferi, monopetali, irregulares. Fructus capſularis.*

VERONICA. G. P. 25.

*Cor.* Limbo 4-partito: lacinia infima anguſtiore. *Capſ.* 2-locularis. S. N. 57.

a. *Spicatæ.*

6. VERONICA, *ſpicata*, ſpica terminali, foliis oppoſitis crenatis obtuſis, caule adſcendente ſimpliciſſimo. *Linn. Spec.* 14. (*Hall.* 542.)
H. in ſterilibus ſylvaticis, *in der Hôrre*, rarius; Floret Julio. ✠

7. VERONICA, *officinalis*, ſpicis lateralibus pedunculatis, foliis oppoſitis, caule procumbente. *Linn. Spec.* 14. (*Hall.* 540.)
H. in ſylvis paſſim. Floret Junio & ſequ.
*Pharm.* VERONICAE Herba.

b. *Corymboſo-racemoſæ.*

8. VERONICA, *ſerpillifolia*, racemo terminali ſubſpicato, foliis ovatis glabris crenatis. *Linn. Spec.* 15. (*Hall.* 546.)
H. in paſcuis, riguis, ad vias, ubique. Floret Majo & ſeq.

Corol-

Digitized by Google

Corolla, *pallide cærulea, infima lacinia anguſtiſſima alba. Tota Planta glabra.*

9. VERONICA, *Beccabunga*, racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. *Linn. Spec.* 16. (*Hall.* 534.)

H. in foſſis aquoſis, ſtagnis, rivulis, abunde. Floret Junio. *Pharm.* BECCABUNGAE Herba.

Folia *primo vere in acetaria recipiuntur.*

Radix *perennis.* Caulis *procumbens, baſi repens.* Folia *ſubpetiolata, obtuſa.* Corollæ *ſaturate cærulea.* Capſulæ *ſubrotunda, gibbæ.*

10. VERONICA, *Anagallis aquatica*, racemis lateralibus, foliis lanceolatis ſerratis, caule erecto. *Linn. Spec.* 16. (*Hall.* 533.)

H. in foſſis, & aquis ſtagnantibus, *bey der obern Papier-Mühle* frequens; *bey der untern Walckmühle*, rarius. Floret Junio, Julio.

Radix *annua.* Caulis *erectus.* Folia *amplexicaulia, acuta.* Corollæ *carnea.* Capſulæ *obovata.*

11. VERONICA, *ſcutellata*, racemis lateralibus, pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis. *Linn. Spec.* 16. (*Hall.* 532.)

H. in pratis paludoſis, circa pagum *Sinn*, frequens. Floret Julio.

Radix *ſubrepens.* Caulis *pedalis, ſimpliciſſimus, ſuberectus, teres, lævis.* Folia *oppoſita, lineari lanceolata; inferiora integerrima, ſuperiora longiora ſerrata: ſerraturis oppoſitis remotis, inciſura inæquali bifidis retrorſum verſis.* Pedunculi *ex alis ſuperioribus, foliis longiores, pauci* (5-7) *flori, alterni:* Pedicellis *antheſi peracta ſecundis, pendulis.* Calyx *æqualis, Corolla brevior.* Corolla *dilutiſſime cærulea, demum lactea, Lacinia ſuperiore venis ſanguineis lineata.* Capſula *cordata, profunde emarginata, acute marginata, octoſperma.* Semina *planiuſcula.*

12. VERONICA, *Teucrium*, racemis lateralibus longiſſimis, foliis ovatis rugoſis dentatis obtuſiuſculis, caulibus procumbentibus. *Linn.* S. N. 58. *Spec.* 17. (*Hall.* 537.)

H. unico in loco ſterili, montoſo, umbroſo, in dumetis *oben im Fiſchweyer Grund.* Floret Junio, Julio.

*In meis Speciminibus* Caules *quam* VER. *Chamædr. duriores, villoſiores, baſi ramoſi, procumbentes;* Folia *ſolidiora, omnia ſubpetiolata, ſupra fere lævia, ſubtus nervoſa, obtuſiora, ob-*

*tuſiusque dentata.* Racemi *ex axillis ſuperioribus & inferioribus prodeunt longiſſimi, ſtrictiores, denſioresque.* Flores *numeroſiores, ſubſpicati.* Bracteæ *minores.* Calycina *foliola ſubinæqualia, trinervia.* Corollæ *lacinia ſuperior ſaturatius & pulchrius cærulea.* Capſulæ *non diſſimiles.*

TEUCRIUM hoc eſt VERUM BEROLINENSIUM, *ad uſum diæteticum*, Theæ chinenſis *præſtantiſſimum ſuccedaneum.* a TEUCRIO SPURIO (VER. *Chamædr.*) *his notis facile diſtinguendum.*

13. VERONICA, *montana*, racemis lateralibus pauci-floris, calycibus hirſutis, foliis ovatis rugoſis crenatis petiolatis, caule debili. *Linn. Spec.* 17. (*Hall.* 539.)

H. in ſylvis umbroſis, *im Hirſchberg* frequens. Floret Julio.

Caulis *ultrapedalis*, *procumbens baſi repens, teres, diſtiche piloſus.* Folia *magna, omnia oppoſita petiolata; terræ incumbentia ſubtus rubra, nitida.* Pedunculi *longiſſimi, ex foliorum alis intermediis.* Pedicellis 5 9. *remotis.* Calycina *Foliola ſubæqualia, imprimis baſi hirſuta.* Corolla *magnitudine fere ſequentis, dilutius cærulea.* Capſula *magna, ſuborbiculata, compreſſa, acute marginata, ciliata.* Semina *ſex ſeu octo, planiuſcula, ſtriata.*

14. VERONICA, *Chamædrys*, racemis lateralibus, foliis ovatis rugoſis dentatis ſeſſilibus, caule debili. *Linn. Spec.* 17. (*Hall.* 536.)

H. in pomariis, ad ſepes paſſim. Floret Majo, Junio.

Radix *repens.* Caules *erecti, infirmi, ſimplices.* Folia *amplexicaulia, inferiora minora ovato-ſubrotunda, ſuperiora majora ovato-oblonga ſubacuta.* Racemi *laxi ex axillis ſuperioribus tantum foliorum.* Bracteæ *lanceolatæ obtuſæ.* Calycina foliola *lanceolata inæqualia.* Corolla *ſpecioſa, cærulea.* Capſula *exacte obcordata, polyſperma.*

c. *Pedunculis unifloris.*

15. VERONICA, *agreſtis*, floribus ſolitariis, foliis cordatis inciſis pedunculo brevioribus. *Linn. Spec.* 18. (*Hall.* 549.)

H. in agris (ſæpe flore albo) arvis, & cultis, paſſim. Floret Aprili & ſeq.

16. VERONICA, *arvenſis*, floribus ſolitariis, foliis cordatis inciſis pedunculo longioribus. *Linn. Spec.* 18. (*Hall.* 548.)

H. in cultis paſſim; *am Sieghauſs*, frequens. Floret Julio & ſeq.

17. VE-

Digitized by Google

17. VERONICA, *hederifolia*, floribus ſolitariis, foliis cordatis planis quinquelobis. *Linn. Spec.* 19. (*Hall.* 550.)

H. in agris & cultis, vulgatiſſima. Floret Majo & ſeq.
Folia *inferiora triloba.* Calycis *foliola cordata, ciliata, aequalia.* Corolla *exigua, carnea.* Capſula *didyma.* Semina 4, *magna, hinc convexa rugoſa, inde excavata.*

18. VERONICA, *triphyllos*, floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis, pedunculis calyce longioribus. *Linn.* S. N. 58. *Spec.* 19. (*Hall.* 551.)

H. in agris & arvis *am Dollberg.* Floret Martio, Aprili.

19. VERONICA, *verna*, floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis, pedunculis calyce brevioribus. *Linn.* S. N. 58. *Spec.* 19. (*Hall.* 552.)

H. cum præcedente rarius; in arvis *am Rehberg* infrequens. Floret Aprili.

20. VERONICA, *acinifolia*, floribus ſolitariis pedunculatis, foliis ovatis glabris crenatis, caule erecto ſubpiloſo. *Linn. Spec.* 19. (*Hall.* 574.)

H. in cultis oleraceis *in der untern Pitze*, rariſſima, jam dudum lecta. Floret Majo.

## UTRICULARIA. G. P. 31.

*Cor.* ringens, calcarata. *Cal.* 2-phyllus, æqualis. *Capſ.* 1-locularis. S. N. 61.

21. UTRICULARIA, *vulgaris*, nectario conico, ſcapo paucifloro. *Linn. Spec.* 26. (*Hall.* 290.)

H. in paludibus infra pagum *Sinn.* Floret Julio.

### *** *Flores inferi, monopetali, irregulares. Fructus gymnoſpermi.*

## VERBENA. G. P. 32.

*Cal.* 5-dentatus, unico dente truncato. *Cor.* infundibuliformis, ſubæqualis, curva. *Sem.* 2-ſ. 4, nuda. (*Stam.* 2-ſ. 4.) S. N. 62.

22. VERBENA, *officinalis*, tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule ſolitario. *Linn. Spec.* 29. (*Hall.* 219.)

H. in ſterilibus, ruderatis, ad vias prope *Burck*, & *Offenbach*; in Horto meo vitium pervulgare. Floret Julio, Auguſto.
*Pharm.* VERBENAE Herba.

## LYCOPUS G. P. 33.

*Cor.* 4-fida: lacinia unica emarginata. *Stamina* diſtantia. *Semina* 4, retuſa. S. N. 63.

23. Lycopus, *europæus*, foliis ſinuato-ſerratis. *Linn. Spec.* 30. (*Hall.* 220.)

H. ad foſſas; ad ripas *Dillæ*; *an der Mühlbach*, paſſim. Floret Julio, Auguſto.

*Semel hanc plantam legi:* Caule *quadripedali*. Floribus *omnibus fœmineis*, *ſ.* ſtaminibus *deſtitutis*.

**** *Flores ſuperi.*

## CIRCAEA. G. P. 24.

*Cal.* diphyllus, ſuperus. *Cor.* dipetala. *Sem.* 1. biloculare. S. N. 56.

24. Circaea, *lutetiana*, caule erecto, racemis pluribus, foliis ovatis. *Linn.* S. N. 56. *Spec.* 12. (*Hall.* 813.)

H. in nemoroſis *in der Hörre*, verſus *Bicken*, copioſe. Floret Julio, Auguſto.

Fructus *ſiliculoſus*, *obovatus*, *exſiccatus levi preſſione baſi dehiſcens*, *bivalvis*. Semina *duo*, *oblonga*, *diſſepimento proprio*, *plano affixa*.

# B. DIGYNIA.

## ANTHOXANTHUM. G. P. 42.

*Cal.* Gluma 2-valvis, 1-flora. *Cor.* Gluma 2-valvis, acuminata. *Semen* 1. S. N 6.

25. Anthoxanthum, *odoratum*, ſpica ovato-oblonga, floſculis ſubpedunculatis ariſta longioribus. *Linn. Spec.* 40. (*Avena-Hall.* 1491.)

H. in pratis, pomariis, inque ſylvis, abunde. Floret Aprili & ſequent.

T. II. f. 1. Gramen *odoratum*, *foeni aroma*. *Bobus*, *Ovibus & Equis gratum præbet pabulum*. Radix *fibroſa*, *odorata*, *perennis*. Culmi 1-2-*pedales*, *erecti*, *binodes*, *foliati*, *læves*. Folia radicalia *ſubanguſta*, *ſupra pubeſcentia*. Folia culmea *lanceolata*, *utrinque ſubſcabra*. Ligula *obtuſa*, *crenulata*. Vaginæ *ſtriatæ*, *læves*, *inferiores ſubvilloſæ*, *rufeſcentes*. Panicula *ſpicata*. Pedunculi *faſciculati*, *breviſſimi*, *ſubramoſi*, *erecti*, *ante & poſt floreſcentiam coarctati*, *inferiores remotiores*. Corollæ valvulæ *duæ æquales*, *parallelæ*, *baſi coalitæ*, *piloſæ*, *ſerrula-*

*ſerrulata*, *ſemibifida*; *longitudine* Valvulæ calycinæ (a. A.*) *minoris*. (*nec majoris* G. P. l. c.) V. exterioris Ariſta *ex dorſi medio prodit*, *recta*, (X*) *calyce brevior*. V. interioris Ariſta *juxta baſin inſerta*, *geniculata*, (X) *calyce paulo longior*, *demum reflexa tortilis*. (a ſ. ſ c.) Nectarii Valvula exterior *trinervia*, *obtuſiſſima*: interiorem *duplo minorem*, *uninerviam*, *amplectens*, Germen, Filamenta*que includens*, *teretem figuram acquirit*. (L. l.)

Variat. α) Spica duplici ſ. ramoſa; β) Glumis calycinis pubeſcentibus.

# CLASSIS III.

# TRIANDRIA

## A. MONOGYNIA.

* *Flores ſuperi.*

### VALERIANA. G. P. 44.

*Cal.* o. *Cor.* 1 - petala, baſi hinc gibba, ſupera. *Semen* 1. S. N. 72.

26. Valeriana, *dioica*, floribus triandris dioicis, foliis pinnatis integerrimis. *Linn. Spec.* 44. (*Hall.* 208.)

H. in pratis uliginoſis, *in der Callenbach*, & alibi frequens. Floret Majo.

Maris Corolla Piſtillo *imperfecto ſterili*, Feminæ *triplo minor*, *rudimentis* ſtaminum *in fundo corollæ inſtructa*.

Radix *odoratu ſequente gratior*.

27. Valeriana, *officinalis*, floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *Linn. Spec.* 45. (*Hall.* 210.)

H. in pratis ſylvaticis, dumetis, *am Rehberg*; alibique. Floret Julio.

*Pharm.* Valerianae minoris Radix.

28. Valeriana, *Locuſta olitoria*, floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus. *Linn. Spec.* 47. (*Hall.* 214.)

H. in agris inter ſegetes; in cultis ubique vulgaris. Floret Majo.



Digitized by Google

*Hujus folia primaria hyberno tempore in acetaria recipiuntur, vulgo* Korn-Lattig *dicta.*
Corollæ *cærulea.* Semina *nuda, bipartibilia.*

29. Valeriana, *Locuſta dentata*, caule dichotomo, floribus triandris, foliis oblongis ſubſerratis, ſeminis corona tridentata. *Linn. Spec.* 48. *var. præc. δ.* (*Hall.* 215.)
H. inter ſegetes, *auf dem Reuterberg* frequens. Floret Julio.
Corollæ *carnea.* Semina *bina convexa enervia, inde angulata, binervia, non bipartibilia.* Corona *tri-ſæpe* 5-*dentata, dente intermedio triplo majore.*

## IRIS. G. P. 59.

*Cor.* 6-partita: *Petalis* alternis reflexis. *Stigmata* petaliformia. S. N. 77.

30. Iris, *Pſeud-Acorus*, corollis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus, foliis enſiformibus. *Linn. Spec.* 56. (*Hall.* 1260.)
H. in foſſis, ad ripas *Dillæ*; *an der Mühlbach*, frequens. Floret Majo.
*Pharm.* ACORI PALUSTRIS, ſ. ADULTERINI (*male*) Radix.

** *Flores inferi.*

## POLYCNEMUM.

*Cal.* 3-phyllus. *Petala* 5, calyciformia. *Sem.* 1, ſubnudum. S. N. 74.

31. Polycnemum, *arvenſe*, *Linn. Spec.* 50. (*Hall.* 1570.)
H. in arvis & agris arenoſis *am Dollberg*, inter Solanum tuberoſum, lecta 1771, nunc rariſſima. Floret Julio Auguſto.
Radix *annua.* Caulis *brevis, jam baſi in ramos diviſus.* Rami *procumbentes, ſimplices ſ. ſubdiviſi, ſtriati, ſubpiloſi, baſi interiore callo nodoſi, proſtrati, unde Nomen.* Folia *numeroſa, ſubulata, carinata, mucronata.* Flores *axillares, ſeſſiles, ſolitarii.* Folia calycina *conſtanter duo in noſtrate lanceolata, ariſtata, corolla duplo longiora.* Petala 5, *ovata, acuminata.* Stamina *tria corolla breviora.* Germen *intra tunicam filo, ex latere non baſi prodeunte affixum.* Stylus *bifidus, ex latere oppoſito adſcendit membranæ apicem perforans, uti in nonnullis* Chenopodiis; Stigmata *globoſa.* Semen *reniforme punctatum.* Capſula *tenui membranacea* (Herniariæ) *incluſum, leviſſima preſſione baſi demittitur.*

*** *Flores Graminei, valvulis Glumæ calycinæ.*

SCHOE-

Digitized by Google

## SCHOENUS G. P. 65.

*Glumæ* paleaceæ, univalves, congeſtæ. *Cor.* 0. *Sem.* 1, ſubrotundum, inter glumas. S. N. 80.

32. SCHOENUS, *compreſſus*, culmo ſubtriquetro nudo, ſpica diſticha, involucro monophyllo. *Linn. Spec.* 65. (*Scirpus Hall.* 1342.)

H. in pratis uliginoſis *hinter dem Homberg*. Floret Majo.

T. I f. 1. Radix *horizontalis, teres, articulata*. Geniculis *ſetoſis*. Culmi *ſpithamai* ſ. *pedales, erecti, inferne ſquamati, ſubfoliati, ultra medium nudi, compreſſo-tereses, læves, infra ſpicam triquetri, ſcabri*. Folia *vaginantia, canaliculata, lævia, apice ſcabra, ſuperiora culmo florenti longiora*. Involucri Folium *baſi latiuſcula amplectente, ſetaceum, triquetrum, ſcabrum, ſpica vix longius*. (b) Spicæ Rachis *flexuoſa, compreſſa*. Spiculæ 9-11-13, *alterna, diſticha, ovato-oblonga*, (a. c.) *ferruginea*, 7-9-*flora*: *Singula* Calyx proprius *univalvis, convexus, ſubtrinervius, acutus*. (a) Corollæ *univalves*, (c) *ſublanceolata, planiuſcula, uninervia, anguſtiores, calycis longitudine*: (a. c.) Receptaculo *brevi, tereti, abſque ordine adfixa*. *Singula* Filamenta 3, *ſupra* Antheras *in mucronem producta*. (M*) Germen Receptaculo proprio, *truncato adnatum*. (n.) Stylus *longitudine corolla*. Stigma *bifidum, cirrhoſum, pubeſcens*. (o) Semen *triquetrum*, (ſ.) *ſetis ſex ſcabris* (⊙) *obvallatum*.

## CYPERUS. G. P. 66.

*Glumæ* paleaceæ, diſtiche imbricatæ. *Cor.* 0. *Sem.* 1, nudum. S. N. 81.

33. CYPERUS, *fuſcus*, culmo triquetro nudo, umbella trifida, pedunculis ſimplicibus inæqualibus, ſpicis confertis linearibus. *Linn. Spec.* 69. (*Hall.* 1349.)

H. in foſſis, & pratis uliginoſis, infra pagum *Sinn*, rarius. Flor. Jul.

T. I. f. 2. Radix *fibroſa, annua?* Culmi *ſpithamai, foliis* 2. ſ. 3. *vaginantibus ad baſin veſtiti, ſubnudi, triquetri, læves*. Folia radicalia *carinata, lævia, longitudine culmi*. Folium involucri *infimum, culmo fere longius, duo reliqua umbellam ſuperantia, ſæpe quartum breviſſimum*. Pedunculi *triquetri, baſi vaginati*; (*) *intermedius breviſſimus, ſpiculis obtectus*. Spiculæ *lanceolato-lineares, compreſſa, e fuſco nigricantes*, 9-11-13-*flora*. Glumæ *carinata, acuta*. (c) Stylus *bi* ſ. *trifidus*. Semen *nudum* (ſ)

## SCIRPUS. G. P. 67.

*Glumæ* paleaceæ, undique imbricatæ. *Cor.* 0. *Semen* 1, imberbe. S.N. 82.

34. Scirpus, *paluſtris*, culmo tereti nudo, ſpica ſubovata terminali. *Linn. Spec.* 70. (*Hall.* 1336.)

**H.** in foſſis, paludibus, ad ripas *Dillæ* frequens. Floret Majo & ſequ.

**T. I. f. 3.** Radix *obliqua*, *teres*, *articulata*, *ſubrepens*, *ſquamata*. Culmi 1-2-*pedales*, *erecti*, *ſtricti*, *teretes*, *læves*, *nudi*, *farcti*: Vaginis *ad baſin veſtiti obtuſis*, *aphyllis*, *ſumma longiore truncata*. Folia radicalia *culmo ſimillima breviora*, *acuta*. Spica *ovato-oblonga*, *acuta*, *magnitudine varia*, Squamis *imbricata acutis*: (c) *quarum infimæ duæ oppoſitæ*, *latiores*, *obtuſiores*, (b) *fructificatione deſtitutæ* Germen *apice productum*, *gibbum* (N.) Stylus *ſemper bi-* (*nec* 3-) *fidus*. (o) Semen *ſetis quatuor*, *calyce brevioribus*, *cinctum*. (S.) *Suibus recens gratiſſimum pabulum*.

35. Scirpus, *ſetaceus*, culmo nudo ſetaceo, ſpicis lateralibus ſubſolitariis ſeſſilibus. *Linn. Spec.* 73. (*Mariſcus Hall.* 1345.)

**H.** in rivulis pratorum *hinter dem Homberg*; locis inundatis *bey der untern Walckmühle*; & alibi frequens. Floret Julio.

**T. I. f. 6** Radix *horizontalis*, *fibroſa*. Culmi *palmares*, *ſpithamæi*, *erecti*, *ad baſin ſquamati*, *ſubfoliati*, *dein nudi*, *teretes*, *læves*, *acuti*. Folia *ſubvaginantia*, *ſetacea*, *canaliculata*, *lævia*. Spiculæ 1 ſ. 2, *rarius* 3, *ovatæ*, *exiguæ*, *pauciflora*: *ex culmi fiſſura laterali*, *infra apicem rectum erumpentes*; *florentes ſeſſiles*, (⊙) *inferior* (*ſidua*) *maturo ſemine pedunculata*, Pedunculo *brevi horizontali*. (+) Glumæ *ſubpurpureæ*, *nervo viridi*. (c) Semen *hinc convexum*, *ſtriatum*, *inde planum*, *nudum ſ. villis deſtitutum* (f. S.)

36. Scirpus, *ſylvaticus*, culmo triquetro folioſo, umbella foliacea, pedunculis nudis ſupradecompoſitis, ſpicis confertis. *Linn. Spec.* 75. (*Hall.* 1340.)

**H.** in pratis udis, ſecus rivulos paſſim. Floret Junio, Julio.

**T. I. f. 4.** (Umbellæ pedunculus.) Radix *lignoſa*, *teres*, *deſcendens*. Culmus 1-2-*pedalis*, *erectus*, *foliatus*, *ſubtrigonus*, *lævis*. Folia *latiſſima*, *carinata*, *apice producto obtuſiuſculo*, *colorato*: *marginibus carinaque hiſpida*. Folia *umbellæ ſubjecta alterna*, *conſimilia*. Umbella *ſupradecompoſita*, *maxime multiflora*. Pedunculi *numeroſi*, *inæquales*, *ſubtrigoni*, *ad baſin vaginati*, *bracteati*.

Spicu-

Digitized by Google

Spiculæ *exiguæ*, *ovatæ*, *ſolitariæ*, & *confertæ*, *ſeſſiles* & *pedicellatæ*, *e fuſco - nigricantes*. Semen *villis* 4 *ſ*. 6, *brevibus cinctum*. (I. S.)

## ERIOPHORUM. G. P. 68.

*Glumæ* paleaceæ, undique imbricatæ. *Cor.* o. *Semen* 1, *Lana* longiſſima cinctum. S. N. 84.

37. ERIOPHORUM, *polyſtachion*, culmis teretibus, foliis planis, ſpicis pedunculatis. *Linn. Spec.* 76. (*Hall.* 1331.)

•H. in pratis uliginoſis, *hinter dem Homberg*, *im Güldners Grund*; alibique. Floret Majo.

T. I. f 5. Radix *lignoſa*, *teres*. Culmus *ultrapedalis*, *erectus*, *foliatus*, *ſubtrigonus*, *lævis*, *ſubtrinodis*. Folia culmi 3, ſ. 4, *vaginantia*, *lanceolato - acuminata*, *latiuſcula*, *plana*, *lævia*. Involucrum *monophyllum*, *perſiſtens*, (b) *ſubulatum*, *ſubcarinatum*, *antrorſum obliquum*, *demum erectum* : *baſi ventricoſa*, *ſtriata*, *ſpicas amplectens*. Bracteæ *tot quot pedunculi*, *involucro ſimiles*, *gradatim minores*, *deciduæ*. (b*) Pedunculi *alterni*, *inæquales*, *baſi vaginati*, *breves*, *dein longiores*. Spicæ *florentes ovatæ*, *erectiuſculæ*, *ſubnudæ*, *maturo ſemine oblongæ*, *pendulæ*, *villis occultatæ*. Glumæ *ovatæ*, *acutæ*, *nervo nullo*, (c) *dein majores* (c*) Semen *villis decupto longioribus*, *albis*, (*per lentem*) *linearibus*, *planis*, *ſimplicibus*, *cinctum*. (S. c.)

## NARDUS G. P. 69.

*Cal* o. *Cor.* 2 - valvis. S. N. 84.

38. NARDUS, *ſtricta*, ſpica ſetacea recta ſecunda. *Linn.* S. N. 84. *Spec.* 77. (*Hall.* 1410.)

H. in pratis ſterilibus, ad pagos *Mademühlen* & *Rehe*; in udis infra *Sinn*. frequens. Floret Julio.

T. I. f. 7. Radix *denſa*, *fibroſa*, *perennis*. Culmi *ſpithamæi*, *pedales*, *erecti*, *ſtricti*, *nudi*, *ſubangulati*, *ſubpubeſcentes*, *ſcabriuſculi*; *unico Geniculo prope baſin*, & *uno Foliolo brevi*, *ſetaceo*, *ſupra baſin inſtructi*. Folia radicalia *numeroſa*, *longa*, *filiformia*, *ſubſca-*

*ſubſcabra, erecta, inferiora ad angulum obtuſum diſcedentia.* Ligula *ovata, prominula.* Vaginæ *folior. membranacea, albida, inferiores aphylla.* Spicæ Rachis *hinc convexa, inde excavata, marginibus alternatim dentatis, ſcabris, pro floſculorum inſertione*; (y) *apice ſupra floſculos in mucronem ſetaceum, brevem, producta.* (✠) Floſculi *ſubviolacei, pubeſcentes alterni, per paria magis approximati, ſecundi, erecti, ſubfloreſcentia diſcedentes.* (c. C.).

# B. DIGYNIA.

* *Flores uniflori, vagi.*

## PANICUM. G. P. 76.

*Cal.* 3-valvis: valvula tertia minima. S. N. 86.

39. Panicum, *glaucum*, ſpica tereti, involucellis bifloris faſciculato-piloſis, ſeminibus undulato-rugoſis. *Linn.* S. N. 86. *Spec.* 83.

H. in arvis *am Dollberg*; jam dudum repertum, nunc rariſſimum Gramen. Floret Julio.

T. II. f. 2. ✠. Radix *fibroſa, annua.* Culmi *pedales*, erecti, *foliati*, (†) *quadrinodes*, apice ſulcati, læves. Folia *latiuſcula*, (††) *plana, lævia*: (†††) *ſummo ſpica*

---

† Culmus:

1. Nudus - - - *ſi baſi tantum* } *Foliorum* Vaginis *veſtitus.*
2. Subnudus - - *ſi quarta pars inferior*
3. Subfoliatus - *ad medium usque*
4. Foliatus - - - *ſi magna ex parte*

†† Latitudinem Foliorum graminum *determinavi*:

1. Capillaria; Filiformia; Setacea: *anguſtiſſima, lateribus involutis ſ. conduplicatis, ſupra ſulco exarata.*
2. Auguſtiſſima, *Lineam dimidiam* } *lata.*
3. Anguſta - , *Lineam unam*
4. Subanguſta - , *Lineas duas*
5. Latiuſcula - , *Lineas tres*
6. Lata - - , *Lineas quatuor*
7. Latiſſima - , *Semipollicem & ultra*

††† Folia lævia, *omni* ſcabritie *pagina* ſuperiore & inferiore (nec marginibus) *deſtituta.*

Digitized by Google

*ca ſæpe longiore.* Ligulæ *loco*, Pili conferti, albidi, longi, inprimis ex infimis vaginis longius prominentes. Vaginæ *ſtriatæ, læves.* Spica *ſequentis*: Floſculis in ſeries diſpoſitis, *triplo majoribus*, ſubſeſſilibus, ſolitariis, *geminisque*, & Setis *demum flavis* brevioribus, (b) quam in P. viridi *compoſita.* Calyx *nervoſus* pubeſcens. (A. *. **. ***.) Corolla *Calyce minor.* (c. C.) Petalum tertium *ovatum, acutum, planum*, (‡) *inter* Cal. *valvulam planiorem*, & Corollæ *valvulam interiorem*; *ſecundi floſculi forte rudimentum.* Semen ſtriis *transverſis, undulatis* rugoſum. (ſ. S.)

40. PANICUM, *viride*, ſpica tereti, involucellis biſloris faſciculato-piloſis, ſeminibus nervoſis. *Linn. Spec.* 83. (*Hall.* 1542.)

H. in agris & arvis *am Dollberg & Homberg* frequens; in cultis *am Sieghauß*, rarius. Floret Julio, Auguſto.

T. II. f. 2. Radix *annua.* Culmi 1-1½ *pedales, obliqui, foliati, trinodes*, apice ſtriati, ſcabri. Folia *latiuſcula*, pagina ſuperiore ſcabra. Ligulæ *loco*, ſeries pilorum brevium, decurrens. Vaginæ *ſubcompreſſæ, læves.* Spica *ovato-cylindracea, inæquali craſſitie, viridis, uno latere ſæpe ſubviolacea.* Pedunculi *breviſſimi*, Pedicellis *vix conſpicuis, nodoſo-truncatis, floſculos per paria* (3 ſ. 4.) *adfigentes.* (y. b.) *Singulum par* Setis *pluribus* albidis ſ. violaceis, Floſculis quadruplo longioribus *involucratum.* (b) Calyx lævis. Valvula minor 3-*nervia*; (*) huic oppoſita *triplo major, margine tertiam amplectens, convexa*, 7-*nervia.* (**) tertia *plana*, 5-*nervia.* (***) Semen nervoſum nitidum. (ſ.) Petalum Corollæ tertium *in præcedente, ſequente*, & P. miliaceo *ſemper præſens, in hoc nullum.*

41. PANICUM, *Crus Galli*, ſpicis alternis conjugatisque, ſpiculis ſubdiviſis, glumis ariſtatis hiſpidis, rachi quinquangulari. *Linn. Spec.* 83. (*Hall.* 1544.)

β. Gramen paniceum ſpica diviſa, ariſtis longis armata. Bauh. *Pin.* 8.

H.

**H.** *α*, Floſculis vix ariſtatis, in cultis *auf dem hinter Sand*; *β*, Ariſtis longiſſimis, humentibus locis *an der Mühlbach, bey dem Sieghauß - Brückgen*, frequens. Floret Julio, Auguſto.

**T. II. f. 3.** Radix *annua*. Culmi 1 - 2 *pedales*, *craſſi*, *obliqui*, *ſuberecti*, *ramoſi*, Ramis *floriferis*, *foliati*, *apice nudi*, *læves*: Articulis 3, ſ. 4, *inferioribus divaricatis*; Geniculis *incraſſatis*, *cylindraceis*, *fuſcis*. Culmi Folia *latiſſima*, *plana*, *utrinque lævia*, *marginibus hiſpida*. Ligulæ *loco*, *membrana brevis*, *triangularis*, *adnata*, *fuſca*. Vaginæ *laxæ*, *ſubcompreſſæ*, *fiſſæ*, *læves*; *inferiores acutæ*, *aphyllæ*. Rachis univerſalis *linearis*, *planiuſcula*, *ſcabra*: *ſubtus angulo unico vix eminente*, *duobus lateralibus acutioribus*, *& ſupra unico*, *ſulco diviſo*, *eminentiori*, *pro ramorum inſertione*, *inſtructa*. Spicæ *alternæ*, *rarius conjugatæ*, *ſubſecundæ*, *ſubdiviſæ*, *terminali ſimpliciore*. Rachis partialis *trigona*, *ſubflexuoſa*, *ſubdiviſa*: *ad baſin pilis faſciculatis*, *albidis*, *involucrata*. Floſculi *conferti*, *ſecundi*: Pedunculis *breviſſimis*, *ſubdiviſis*, *ad baſin faſciculato-piloſis*, (*in var. β*, *manifeſtius*.) (y. b.) *adfixi*. Calyx *nervoſus*, *pubeſcens*, *ſcaber*; Valv. minor (*) *&* convexa (**) *mucronata*; Tertia *plana ariſtata*: (***) Ariſta *terminali*, *ſcabra*, *recta*, *in* var. *α*, *brevi*, (a. *** X) *in β*, *gluma decuplo longiore*. (a. ſ. +) Petalum corollæ tertium *membranaceum*, *planum*, *acuminatum*, (c *) *inter calycis valv. planiorem & cor. V. interiorem*. (A. C *)

**42.** PANICUM, *ſanguinale*, ſpicis digitatis baſi interiore nodoſis, floſculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. *Linn. Spec.* 84. (*Digitaria Hall.* 1526.)

**H.** in arvis arenoſis *hinter dem ſchloß*; *am Dollberg* & *Homberg*; frequens. Floret Julio, Auguſto.

**T. II. f. 6.** Radix *annua*. Culmi *foliati*, *læves*, Articulis *tribus*: *inferioribus duobus procumbentibus*, *ſupremo obliquo longiſſimo*. *Ex* Geniculis Rami *floriferi*. Folia *latiuſcula*, *brevia*, *ſublanceolata*, *lævia*.

Ligu-

Digitized by Google

Ligula *crenulata.* Vaginæ *ſubcompreſſa, ſanguinea, læves, punctata: punctis eminentibus, ſolitariis conſertisque, ſetiferis, vix conſpicuis.* Spicæ 3-4 ſ. 5, *lineares, alternæ, breviſſime pedunculatæ, Culmo inter ſpicas lineari-trigono, flexuoſo, mediante callo axillari, pilifero,* (*) *inſertæ: ex vaginis erumpentes erectæ, parallelæ;* (+) *florentes horizontales, terminali erecta.* Rachis (y) *linearis, ſubflexuoſa, plana, ſcabra, ſupra nervo eminenti, pro Floſculorum inſertione inſtructa.* Floſculi *latere convexo Rachi adpreſſi,* (y.) *gemini, ſæpe terni in ſingulo dente, pedunculati:* Pedunculo *infimo, Floſculo breviore, ſecundo ejusdem longitudinis, tertio* (ſi adeſt,) *longiore.* Calyx *muticus, pubeſcens.* (a A) Valv. minima (*vix lente dignoſcenda, ſæpiſſime omnino nulla,*) *triangularis, trinervia.* (A*) Secunda *huic oppoſita, obtuſa, tertiam margine amplectens, ſubconvexa 5-nervia;* Tertia *plana, trinervia, acuta, ſubviolacea.* Corolla *calyce minor.* (c. C) Stigmata *purpurea.* (o) Semen, *rufum nitidum.* (ſ. S.)

## ALOPECURUS. G. P. 78.

*Cal.* 2-valvis. *Cor.* univalvis. S. N. 89.

43. Alopecurus, *pratenſis*, culmo ſpicato erecto, glumis villoſis, corollis muticis. *Linn.* S. N. 89. *Spec.* 88. (*Hall.* 1539.)

H. in pratis ubique copioſiſſime. Floret Majo & ſequ.

T. II. f. 4. Radix *multiplex, fibroſa, perennis.* Culmi 1-2-*pedales, erecti, trinodes, foliati, læves.* Folia *lata, lævia.* Ligula *ovata, obtuſa.* Vaginæ *læves, ſuprema longiſſima, ventricoſa.* Spica *ovato-cylindrica.* Floſculi *imbricati.* Rachis *glabra.* Pedunculi *breviſſimi, congeſti,* ſubramoſi, *tri-quadriflori.* (+) Calycis Valvulæ *baſi connatæ, hinc convexæ, inde depreſſæ, trinerviæ, pubeſcentes, acutæ; carina pilis albidis, planis, flexuoſis, patulis, ciliata.* (A.) Cor. Valvula *compreſſa, 5-nervia* acuta, *nuda, vix calyce brevior:* Ariſtam *juxta baſin exſerens*

*ſerens geniculatam, duplo longiorem* (X c. C.) Antheræ *cæruleſcentes, flavæ, dein cinereæ. Bobus bonum præbet pabulum.*

Variat: Culmo *orgyali*; Spica 4-5-*pollicari*, *craſſa*, *ſubinterrupta*, Glumis *majoribus*, *villoſioribus*; Pedunculis *longioribus*, *multifloris*. Ad ripas *Dillæ* frequens. Floret ſerius Julio, Auguſto.

44. Alopecurus, *agreſtis*, culmo ſpicato erecto, glumis lævibus. *Linn.* S. N. 89. *Spec.* 89. (*Hall.* 1540.)

H. in agris inter Hordeum, *am Galgenberg*, rarius. Floret Junio.

T. II. f. 5. Radix *annua*. Culmus 1-1½ *pedalis*, *erectus*, *ſubtrinodis*, *foliatus*, apice *nudus*, *ſubſcaber*. Folia *ſubanguſta*, *ſupra ſcabra*. Ligula *obtuſa*. Vaginæ *carinali nervo ſcabræ*, *ſuperior ſubventricoſa*. Spica *teres*, *gracilis*, *longa*, *lævis*. Floſculi *laxe imbricati*, *breviſſime pedunculati*, *ſolitarii*, *gemini*, *terni*. Pedunculi ſimplices ſ. indiviſi. Calycis Valvulæ nudæ, *ultra medium baſi connatæ*, *ſuperne latiores*, *acutæ*, *ſubviolaceæ*, (a A.) carina ſetis breviſſimis, erectis, *ciliatæ*. Cor. Valvula obtuſa. (c. C.) Ariſta *ex baſi prodit duplo longior*, *geniculata*, *divaricata*. Filamenta *breviſſima*, *baſi lanceolata*, (m*) *ſub floreſcentia calyce longiora*, *æqualia*. (m)

45. Alopecurus, *geniculatus*, culmo ſpicato infracto, corollis muticis. *Linn.* S. N. 89. (*Hall.* 1541.)

H. in pratis udis, ſtagnis, & foſſis aqua repletis, paſſim. Floret Junio & ſequ.

T. II. f. 7. Radix *fibroſiſſima*, *perennis*. Culmi *pedales*, *obliqui*, *adſcendentes*, *foliati*: *Articulis* 5-6, *divaricatis*; *in foſſis & aquis quietis*, *tri-quadripedales*, *ramoſiſſimi*, *Articulis*, *foliiſque numeroſioribus*, *natantes*. Folia *latiuſcula*, *plana*, *pagina ſuperiore ſcabra*. Ligula *oblonga*, *obtuſa*. Vaginæ *ſubcompreſſæ*, *laxæ*, *læves*, *ſuprema ſpicam ſæpe attingens*, *ventricoſa*. Spica *cylindrica*, *florens ex viridi-violacea*. Floſculi *denſius imbricati*, A. pratenſi *duplo*

*mino-*

Digitized by Google

*minores.* Pedunculi *exigui*, *ſubramoſi*, 3 - 5 - *flori.* ( + ) Calyx *magis hians.* Valvulæ *vix ſupra baſin connatæ*, *pubeſcentes*, *carina ciliata*, *marginibus repandis.* ( A ) Cor. Valvula *trinervia*, *nuda*, obtuſiſſima, crenulata. ( c, C. ) Ariſta *geniculata*, *calyce ſeſquilongior.* Antheræ *violaceæ*, *exiguæ.* ( m ) Styli *baſi connati.* ( N )

## PHLEUM. G. P. 77.

*Cal.* 2 - valvis, ſeſſilis, linearis, truncatus, apice bicuſpidato. *Cor.* incluſa. S. N 88.

46. PHLEUM, *pratenſe*, ſpica cylindrica longiſſima ciliata, culmo erecto. *Linn.* S. N. 88. *Spec.* 87. ( *Hall.* 1528. )

H. in pratis humentibus frequens; Spica ſemipedali *unter der neuen Brücke* rarius, Floret Julio.

T. III. f. 1. Radix *ramoſa*, *perennis.* Culmus 3 - ſ. 4 - *pedalis*, *baſi bulboſus*, *erectus*, *ſtrictus*, *quadrinodis*, *foliatus*, *lævis.* Folia *lata*, *patentia*, *pagina ſuperiore carinaque ſcabra.* Ligula *oblonga*, *obtuſa*, *fiſſa.* Vaginæ *ſtriatæ*, *læves*, *nervo carinali ſcabra.* Spica *ſæpe ſemipedalis exacte cilindrica*, *obtuſiſſima.* Floſculi *denſiſſime conferti*, *florentes divergentes.* Pedunculi *breviſſimi*, ( *per lentem* ) *ſubramoſi* : Pedicellis *vix conſpicuis*, *baſi confluentibus*, *biflоris.* ( + ) Cal. Valvulæ *punctatæ*, *punctis ſetiferis*; *trinerviæ*, *compreſſæ*, *cuſpidatæ*, *Carina ciliata* : *ſetis albidis*, *patulis*, *flexuoſis*, *alternis brevioribus*, *ſuperioribus furcatis.* ( a A ) Cor. Valvula exterior 5 - *nervia*, *nuda*, *acutiuſcula*, *crenulata.* ( C. ) Nectaria *duo*, *ovata*, *acuminata* ( l. L. ) Germen ( n ) *baſi ambientia.* ( L. ) Antheræ *violaceæ*, *dein cinereæ.* *Equis gratiſſimum pabulum.*

47. PHLEUM, *nodoſum*, ſpica cylindrica, culmo adſcendente, foliis obliquis, radice bulboſa. *Linn.* S. N. 88. *Spec.* 88. ( *Hall.* 1530. )

H. ad verſuras, *auf dem Schlüſſel*; in campis ſteriliſſimis, *auf dem Homberg*, & alibi frequens. Floret Julio.

T. III. f. 2. Radix ex Bulbis *conſtat pluribus*, *concatenatis*, *tunicatis*, *fuſcis*, *baſi fibroſis.* *Singuli Bulbi* Culmus *ſolitarius*, *ſemi- & pedalis*, *vaginis foliorum obtectus*, *articulis infimis* 5 ſ. 6, *divaricatis obliquis*, *reliquis* 2 ſ. 3 *longioribus*, *erectis.* Folia *bifaria*, *obliqua*, *anguſta*, *utrinque ſcabra.* Ligula *truncata*, *ſemimultifida.* Vaginæ *ſubcompreſſæ*, *ſubſcabræ*, *ſuprema ſpicam fere attingens ſubventricoſa* : *Foliolo brevi* ( *ſæpe* ) *ovato-*

*to-acuto*, *inſtructa*. Spica *præcedentis*, *magis ſcabra*, 1-1½. *pollicaris*; *Solo ſicciori ovalis*, *vix ſemipollicaris*. (+). Floſculi *duplo minores*, (a A) *infimi ſemper emarcidi ſteriles*. Calycis *cuſpides maturo ſemine magis incurvæ*. (a. ſ.) Antheræ *albidæ*, *erumpentes ruſæ*.

Gramen *hoc ſolo ceſpitoſo pinguiori tranſplantatum*, *ſubſequenti anno in* P. pratenſe *tranſiit*.

## PHALARIS. G. P. 74.

*Cal.* 2-valvis; carinatus, longitudine æqualis; corollam includens. S. N. 85.

48. Phalaris, *canarienſis*, panicula ſubovata ſpiciformi, glumis carinatis. *Linn. Spec.* 79.

H. in cultis *auf dem Schieſsplatz* rarius, incerta civis exoticæ originis. Floret Julio.

T. VII. f. 3. +. Calyx exterior *membrana carinali auctus*, *corolla major*. (+. a.) Cal. interior *etiam bivalvis*, *baſin corollæ veſtiens*, *minor*, (a *). *cum corolla pubeſcens*. (c)

49. Phalaris, *arundinacea*, panicula oblonga ventricoſa ampla. *Linn.* S. N. 86. *Spec.* 80. (*Arundo. Hall.* 1524.)

H. ad ripas *Dillæ* frequens. Floret Junio, Julio.

T. VII. f. 3. Radix *craſſa*, *lignoſa*, *fibroſa*. Culmus *orgyalis*, *erectus*, *firmus*, *foliatus*, 5-6-*nodis*, *lævis*. Folia *bifaria*, *latiſſima*, *plana*, *lævia*, *ſuperne verſus apicem ſcabra*; *ad baſin utrinque aucta membrana cartilaginea*, *albida*, *acutiuſcula*. Ligula *crenulata*. Vaginæ *ſtriatæ læves*. Panicula *in ſpicæ formam coarctata*, *ſemipedalis*: *florens ventricoſa*, *mutica*, *varie colorata*. Pedunculi *depreſſi*, *gemini* ſ. *terni inferiores baſi coaliti*, *ſquamula acuta bracteati*. Floſculi *imbricati*, *ſecundi*, *ſub floreſcentia pedicellis breviſſimis divergentes*. Cal. Valvula exterior *paulo minor*. (a A) Corolla *baſi piloſa*. (c. C.) Antheræ *rubræ*. Styli *baſi connati*. (N. O.) Nectaria 2, *lanceolato-acuminata*, (l. L.) *margine exteriore unidentata*. Gramen *noſtratium fere maximum*, *ter metendum*, *ut gratius evadat pecoribus*. Var. viviparam: *Panicula ſpicata*, Petalis *in foliola excreſcentibus*, *ſæpe legi* an der Dille.

## MILIUM. G. P. 79.

*Cal.* 2-valvis, uniflorus. *Cor.* breviſſima. *Stigmata* penicilliformia. S. N. 89.

50. Milium, *effuſum*, floribus paniculatis diſperſis muticis. *Linn. Spec.* 90. (*Hall.* 1525.)

H.

Digitized by Google

H in ſylvis, *in der Hörre* frequens. Floret Junio.

T. VIII. f. 7. Radix *fibroſa.* Culmus 2 ſ. 3-*pedalis*, *erectus*, *binodis*, *ſubfoliatus*, *lævis.* Folia *latiuſcula*, *plana*, *utrinque ſcabra.* Ligula *oblonga*, *truncata.* Vaginæ *ſtriatæ*, *læves.* Panicula *ſemipedalis*, *laxa*, *patens.* Pedunculi *capillares*, *ſubramoſi*, *flexuoſi*, *ad baſin nodoſi*, *exiguis ſquamulis bracteati*, *horizontales demum reflexi.* Calycis valv. exterior *ventricoſior*, *latior*: *utraque trinervia*, *glabra.* (a. A.)

## AGROSTIS. G. P. 80.

*Cal.* 2-valvis, uniflorus, corolla paulo minor. *Stigmata* longitudinaliter hiſpida. S. N. 90.

a. *Ariſtatæ.*

51. Agrostis, *ſpica venti*, petalo exteriore ariſta recta ſtricta longiſſima, panicula patula. *Linn.* S. N. 90. *Spec.* 91. (*Avena*, *Hall.* 1480.)

H. inter ſegetes *in der Aue*, alibique copioſe. Floret Julio.

T. IIII. f. 1. Radix *annua.* Culmus 3 ſ. 4-*pedalis*, *foliatus*, *quadrinodis*, *lævis.* Folia *lata*, *patula*, *pagina ſuperiore pubeſcentia*, *inferiore ſcabra.* Ligula *longa*, *truncata*, *fiſſa.* Vaginæ *ſtriatæ*, *ſubſcabræ.* Panicula *ampla*, *pedalis*, *patens*, *colorata*, *demum ſubnutans.* Pedunculi *verticillati*, *numeroſi*, *patentes*, *compreſſi*, *ſcabri.* Calyx *lævis*, *apice ſcaber*: (a A) Valv. exterior *paulo brevior.* Corollæ V. exterior *figura & magnitudine* V. Cal. *interioris*: (C.) Ariſtam *paulo infra apicem exſerens rectam*, *quadruplo longiorem.* (X) Nectaria *ovata*, *acuta.* (l. L.)

52. Agrostis, *canina*, calycibus elongatis, petalorum ariſta dorſali recurva, culmis proſtratis ſubramoſis. *Linn.* S. N. 90. *Spec.* 92. (*Avena*, *Hall.* 1479.)

H. in pomariis & pratis ſiccioribus *hinter dem Schloß*; in humidioribus *im Güldners-Grund*; & alibi frequens. Floret Julio.

T. IIII. f. 2. Radix *ſubrepens.* Culmi 1-2 *pedales*, *erecti*, *foliati*, *læves*, *infimis articulis procumbentibus*, *divaricatis*; Geniculis 4 ſ. 5: *ex inferioribus faſciculi foliorum breves*, *ſæpe* Rami *floriferi.* Folia radicalia *anguſtiſſima*, *longa*, *plana*, *lævia*: Culmea *latiora*, *utrinque ſcabra.* Ligula *oblonga*, *fiſſa*, *prominens.* Vaginæ *læves*, *ſuprema longiſſima*, *ſcabra.* Panicula *elongata*, *coarctata*; *florens diffuſa*, *e violaceo-purpuraſcens*, *ſplendensque*, *demum palleſcens.* Pedunculi *numeroſi*, *capillares.* Calycis V. exterior *apicem verſus hiſpidiuſcula.* (a A)

(a A) Corolla *calyce minor*, *dorſo hiſpida*, *apice trifida*. Ariſta *ex dorſi medio prodit*, *alba*, *recta*, *demum geniculo fuſcò reflexa*, *tortilis*, (C. S. X.) *Corolla duplo longior*. Cor. V. interior *ſæpiſſime omnino nulla : Si adeſt*, *minutiſſima*, *apice retuſa*; (C*) *ſi deficit* : Germen *baſi interiori adnatum*, Nectariis *2*, *triangularibus antice cinctum*. Antheræ *cærulea*.

b. *Mutica*.

53. Agrostis, *ſtolonifera*, paniculæ ramulis patentibus muticis, culmo repente, calycibus æqualibus. *Linn.* S. N. 90? *Spec.* 93? (*Poa. Hall.* 1473?)

H. in ſylvis, locis umbroſis muſcoſis, *im Beilſtein*; *am Homberg*, frequens. Floret Julio.

T. IIII. f. 6. Culmi *plures*, *erecti*, *tenues*, *infirmi*, *pedales* : Articulis *inferioribus divaricatis repentibus baſi ſubbulboſa cohærentes*, *ramoſi*. Folia culmea *anguſta*, *plana*, *debilia*, *lævia*, *plerumque emarcida*. Ligula *brevis*, *obtuſa*. Vaginæ *laxa*, *læves* Panicula 2-3-*pollicaris*, *laxa*, *divaricata*, *pauciflora*, *mutica*. Pedunculi *capillo fere tenuiores*, *horizontales*; *recti*. Pedicelli *breves*, *undulato-divaricati*. Floſculi *omnium noſtratium minimi*, *albidi*. Calyx *ſubæqualis* : V. exter *dorſo*, interior *baſi ſcabra*. (A.) Cor. V. exterior *calyce paulo brevior*, *baſi ſubpiloſa*, *apice trifida*. (C) V. interior $\frac{1}{3}$ *brevior*. (C*) *Totum gramen albeſcit*. An Var. A. albæ? an ſequentis?

54. Agrostis, *capillaris*, panicula capillari patente, calycibus ſubulatis æqualibus hiſpidiuſculis coloratis, floſculis muticis. *Linn. Spec.* 93. (*Poa. Hall.* 1475.)

H. in pomariis, pratis, & ad verſuras paſſim. Floret Julio.

T. IIII. f. 3. Radix *ſubrepens*. Culmi *obliqui*, *florentes erecti*, *foliati*, *3ſ. 4-nodes*, *1ſ. 2 pedales*. Folia *latiuſcula*, *utrinque ſcabra*. Ligula *brevis*, *truncata*. Vaginæ *læves*, *plerumque purpurea*. Panicula *3-4-5-pollicaris*, *patens*, *e ſpadiceo-purpuraſcens*, *demum palleſcens*. Pedunculi *verticillati*, *capillares*, *ramoſiſſimi*, *patentes*. Calyx *æqualis*, *mucronatus*, *e violaceo-purpureus*, *albido-marginatus*, *nervis viridibus* : V. exterior *dorſo aenticulato tota*, interior *apice tantum hiſpida*. (A) Corolla *calyce paulo minor*, *apice trifida*, *lævis*. (C) Antheræ *albida*. *Hujus* Varietatem viviparam *annuatim legi*; *in montoſis ſterilibus* am Homberg : Calycibus *duplo majoribus*; Corollis *in foliola ſubulata excreſcentibus*. (✠)

55. Agro-

55. Agroſtis, *alba*, panicula laxa, calycibus muticis æqualibus. *Linn. Spec.* 93? (*Poa*, *Hall.* 1475? Var. *major praecedentis.*)

H. in foſſis, & locis ſabuloſis inundatis, *auf der Burgermeiſter Wieſe; unter der neuen Brücke.* Floret Julio.

T. IIII. f. V. Culmi 2-3 *pedales, erecti, foliati, articulis pluribus, infimis repentibus, cohærentes, ramoſi.* Folia *latiuſcula, utrinque ſcabra.* Ligula *oblonga, obtuſa, prominens.* Vaginæ *læves, internodia vix ſemitegentes.* Panicula *ſemipedalis, coarctato-patula, mutica.* Verticilli *denſi, ſubremoti.* Pedunculi *numeroſi, ſuberecti, flexuoſi, mutici*: Pedicellis *breviſſimis, divaricatis, copioſiſſimisque floſculis, ad baſin confertioribus, undique obtecti.* Floſculi *albidi, dein flaveſcentes.* Calycis Valvulæ *ſub antheſi horizontaliter diſcedentes.* (A) Corolla *erecta, ſubventricoſa, apice trifida, Calyce brevior.* (C.) Varietas Agr. *capillaris.*

56. Agroſtis, *dubia*, calycibus æqualibus lævibus, corollis infra apicem mucronatis, foliis ſetaceis. (*Poa. Hall.* 1476?)

H. in montoſis apricis *am Homberg.* Semel jam dudum lectum. Floret Julio.

T. IIII. f. 4. Radix *ſubrepens.* Culmi *pedales, adgregati, adſcendentes, erecti, ſubfoliati, binodes.* Folia radicalia *anguſtiſſima, ſetacea, apice ſcabra.* F. culmea *brevia, ſetacea, ſcabra,* Vaginis *lævibus,* Ligula *obtuſa.* Panicula *1-2-pollicaris, anguſta, ſubcoarctata.* Pedunculi *breves, ſolitarii, inferiores terni.* Calyx *ſpadiceo-virens, lævis.* (A) Corolla *dorſo ſcabra, apice bifida, mucrone brevi extante infra apicem inſtructa.* (C) V. interior ½ *brevior, retuſa.* Var. Ag. *canina*?

## DACTYLIS. G. P. 86.

*Cal.* 2-valvis, compreſſus: altera valvula majore, carinata. S. N. 95.

57. Dactylis, *glomerata*, panicula ſecunda glomerata. *Linn. Spec.* 105. (*Bromus. Hall.* 1512.)

H. in pratis, & ad verſuras paſſim. Floret Junio & ſeq.

T. III. f. 3. Radix *multiplex, fibroſa, perennis.* Culmi *2-3-pedales, erecti, foliati, quadrinodes, ſuperne nudi ſcabri.* Folia *lata, patentia, ſubglauca, utrinque ſcaberrima.* Ligula *oblonga, obtuſa, fiſſa.* Vaginæ *ſubcompreſſa, acute carinata, ſcabra.* Panicula *ſubſpicata, coarctata, florens ſecunda, ſæpe*

 *colorata.*

Digitized by Google

*colorata.* Pedunculi *ſolitarii*, *alterni*, *angulati*, *firmi*, *ſub-pubeſcentes*, *ſcabri*, *baſi interiore nodoſi, bis* ; *ter bifidi : quorum inferior* (*rarius duo*) *remotior longior*, *patens*, *demum horizontalis*, *ſubreflexus.* Spiculæ *ſubſeſſiles*, *geminatim glomerata*, *oblonga*, *obtuſiſſima*, *bi-* (**) *tri* (***) *rarius quadriflorae*, (‡) *adpreſſa*, *florentes divergentes.* Calyx *pubeſcens*, *ſæpe ciliatus*, *carinatus*, *ſcaber*, *ſubariſtatus : hinc convexus latior*, (+) *inde depreſſus duplo anguſtior*, (‡) *corolla tenuior*; V. interior *duplo major*, *ariſtata*, *floſculos ſi duo adæquans*, *ſi plures ipſa ſpicula brevior.* Floſculi *ſcabri*, *albido-marginati*, *obtuſi* : Ariſta *terminalis brevis*, *in ultimo floſculo breviſſima*, *ſæpe nulla.* (c.) Cor. V. interior *vix brevior*, *apice acute bifida.* (C*) Nectaria 2, *lanceolato-acuminata.* (L) Filamenta *corolla duplo longiora.* (m) Antheræ *flavæ.* Germen *ovatum.* (n) Stigmata *plumoſa.* (o) Semen *oblongum*, *ſulco brevi ſub apice notatum* (S.) *diſcedens.* (c. ſ.) Duriſſimum dat pabulum ; Equis vix pecoribus prodeſt. Canibus folia inſtante pluvia deglutientibus, vomitorium.

## ** *Flores biflori*, *vagi.*

## AIRA. G. P. 81.

*Cal.* 2-valvis, 2-florus. *Floſculi* absque interjecto rudimento. S. N. 91.

a. *Mutica.*

58. Aira, *cærulea*, panicula coarctata, floribus pedunculatis muticis convoluto-ſubulatis, foliis planis. *Linn.* S. N. 91. *Spec.* 95. (*Arundo. Hall.* 1518)

H. in pratis humidis, *oben im Fiſchvveyer-Grund.* Floret Auguſto.

T. IIII. f. 7. Radix *ſubbulboſa*, *vaginis tunicata*, *fibras ex baſi emittens tenaciſſimas.* *Singuli* Bulbi Culmus 1-2-*pedalis*, *ſubfoliatus*, *unico geniculo juxta baſin interceptus*, *dehinc longiſſime enodis*, *erectus*, *ſtrictus*, *nudus*, *lævis.* Folia radicalia *ultrapedalia*, *anguſta* : Culmea *latiuſcula*, *longa*, *plana*, *firma*, *ſtriata*, *apicem verſus involuta*, *lævia*, *ſupra marginibusque* (*ſæpe*) *ſubvilloſa.* Ligulæ *loco*, *ſeries villorum brevium.* Vaginæ *ſtriatæ*, *læves.* Panicula *elongata*, *coarctata*, *tri-quadripollicaris*, *Calycibus bifloris*; (1-2) *humidiori & fertiliori ſolo ſæpe ultrapedalis*, *Calycibus 3-floris.* (3) Pedunculi *plures*, *longi*, *erecti*, *flexuoſi*, Pedicellis *brevibus uni ſ. bifloris.* Calyx *inæqualis*, *corolla minor* : Valvulis *violaceis*, *uninerviis.* (A a) Corolla *trinervia*, *violacea*, *marginibus involutis.* (c C.) Stylus

Digitized by Google

Stylus *inter floſculos, ex pedicello elongato, nudus.* (y*) *ſæpe floſculo imperfecto inſtructus.* (Y*) Nectaria *duo, apice crenata.* l. L) Antheræ *atro-cæruleæ.* Styli *baſi nudi, reflexi.* Stigmata *plumoſa, purpurea.* (O) Semen *oblongum, ſubfuſcum.* c. ſ.)

b. *Ariſtatæ.*

59. Aira, *ceſpitoſa*, foliis planis, panicula patente, petalis baſi villoſis ariſtatisque: ariſta recta brevi. *Linn. Spec.* 96. (*Avena. Hall.* 1487.)

H. in pratis copioſiſſime. Floret Junio, Julio.

T. IIII. f. 8. Radix *multiplex, fibroſa* Culmi *3 ſ. 4 pedales, erecti, ſtricti, ſubfoliati, binodes, læves.* Folia *plana, firma, ſubtus lævia, pagina ſuperiore epidermate plicato acutiſſimiſque denticulis armato ſeptemſulcata, omnium noſtratium ſcaberrima:* Fol. radicalia *anguſta, juniora conduplicata;* Fol. culmea *latiuſcula, patentia.* Ligula *oblonga, obtuſa, ſuprema bifida.* Vaginæ *ſtriatæ, læves,* Panicula *pedalis, patens, ſubfuſca, ſplendens.* Internodia *ſemiteretia ſcabra.* Pedunculi *verticillati, baſi in nodum coaliti, angulati, ramoſiſſimi.* Calyx *inæqualis.* (a A) Corolla inferior *baſi nuda;* (C. +) Superior *minor, baſi piloſa,* (C. X) *pedicellata,* Pedicello *demum elongato, ſupra calycem prominens.* (C) Cor. V. exterior *calyce brevior, 3 - ſ. 5-nervia, apice 3 - ſ. 5 - fida, obtuſa.* (C) Ariſta *ex baſi prodit recta, corolla vix longior.* (X) Nectaria *2, ovata.* (L) Stylus *inter floſculos, abſque rudimento tertii.* (C. y.*) Var. Calycibus *tri & quadrifloris* (3. 4.) *ſæpe legi in pratis humentibus,* hinter dem Homberg. *Serius florens,* Auguſto

60. Aira, *flexuoſa*, foliis ſetaceis, culmis ſubnudis, panicula divaricata, pedunculis flexuoſis. *Linn. Spec.* 96. (*Avena. Hall.* 1486. var. β.)

H. in ſylvaticis montoſis, muſcoſis *Am Homberg* rarius; *am Beilſtein*, copioſe. Floret Julio.

T. V. f. 1. Radix *ramoſa, fibroſa, perennis.* Culmi *1 - 2 pedales, ſubfoliati, erecti, 2 - ſ. 3 - nodes, læves.* Folia *ſetacea:* radicalia *vaginis albidis nitidis, varie curvata, lævia,* culmea *recta, ſubſcabra.* Ligula *ovata, obtuſa, bifida.* Vaginæ *ſubſcabræ, rufeſcentes.* Panicula *pauciflora.* Pedunculi & Pedicelli *gemini, angulati, divaricati, cum internodiis flexuoſi.* Glumæ *ſubfuſca, nitentes.* Calyx *inæqualis.* (a A) Floſculus *inferior ſeſſilis,* ſuperior *breviſſime pedicellatus; uterque albidus, 4-nervius, baſi piloſus, apice quadrifidus:* (c. C.) Ariſtam *ſupra baſin exſerens rectam, dein geniculo reflexam, tortilem,* (X c. ſ.) *corolla paulo longiorem.* Valv. interior *vix brevior.* (C*)

61. Aira, *montana*, foliis ſetaceis, panicula anguſtata, floſculis baſi piloſis ariſtatis: ariſta torti- li longiore. *Linn. Spec.* 96? (*Avena - Hall.* 1486. var. *α.*)

H. in montoſis apricis, *im Beilſtein* copioſe. Floret Junio.

T. V. f. 2. *Specimina mea certe præcedentis ſunt varietates*: Foliis radicalibus *longioribus*, *erectis*; Culmis *adgregatis*, *purpureis*; Panicula *magis & pulchrius colorata*, *ſplendente*; Pedunculis *rectis*, *nec undulatis*; Floribus *numeroſioribus*; Calycibus *ſub floreſcentia magis hiantibus*; Floſculis *baſi piloſioribus*, (C c) *longius ariſtatis*, (C. S) *vix differunt*.

62. Aira, *caryophyllæa*, foliis ſetaceis, panicula divaricata, floribus ariſtatis diſtantibus. *Linn. Spec.* 97. (*Avena. Hall.* 1482.)

H. in campis apricis arenoſis, *in der Hörre*, verſus *Dreisbach* frequens. Floret Majo, Junio.

T. V. f. 7. Radix *denſa*, *fibroſa*, *perennis*? Culmi *dodrantales*, *erecti*, *foliati*, *binodes*, *læves*. Folia radicalia *ſetacea*, *vix ultra pollicaria*, *lævia*: *plura baſi in faſciculos ſubbulboſos*, *tunicatos*, *collecta*. F. culmea *ſetacea*, *brevia*, *recta*, *ſcabra*. Ligula *oblonga*, *bifida*. Vaginæ *ſcabra*: *ſuprema amplior*, *paniculam ante floreſcentiam baſi obvolvens*. Paniculæ Pedunculi *gemini*, *longi*. Pedicellis *brevibus*. Calyx *ſubinæqualis*, *albidus*, *purpureo-maculatus*, *nitidus*. Floſculi 2, *calyce fere breviores*, *baſi ſubpiloſi*, *apice ſubtrifidi*, *ſuperior pedicellatus*, *diſtans*. *Utriuſque* Ariſta *ex baſi prodit*, *recta*, *purpurea*, *apice alba*, *ſubtortilis*, (c. ſ.) *vix calyce longior*.

## MELICA. G. P. 82.

*Cal.* 2-valvis, 2-florus. *Rudimentum* floris inter floſculos. S. N. 92.

63. Melica, *nutans*, petalis imberbibus, panicula nutante ſimplici. *Linn. Spec.* 98. (*Poa. Hall.* 1472.)

H. in ſylvaticis montoſis *am Homberg*; *Beilſtein*; in rupibus *am Geiſtlichenberg*. Floret Majo.

T. III f. 4. Radix *ſubrepens*. Culmus 1-2-*pedalis*, *erectus*, *compreſſo-tetragonus*, *tri-ſ. quadrinodis*: *ad baſin ſquamis vaginantibus*, *alternis*, *acutis*, *fuſcis*, *dein ultra medium usque* Vaginis *foliorum tetragonis*, *ſcabris*, *veſtitus*. Folia culmea 3 ſ. 4; *quorum inferiora breviora*, *convexa*, *ſuperiora ſubcarinata*, *latiuſcula*, *pagina ſuperiore pubeſcentia*, *margi-*

Digitized by Google

*marginibus & partim carina ſcabra.* Ligulæ *loco, margo brevis, membranaceus, fuſcus.* Panicula *ſecunda, ſubnutans: vel ſimpliciſſima, racemiformis, pedicellis alternis, flexuoſis, uni-ſ. bi-floris; vel ramoſa:* Pedunculo *uno alterove inferiore longiore, patente,* 3 ſ. 4. floro. Calycis valvulæ *purpuraſcentes, albido-marginatæ,* (a A) exterior 3-interior 5-*nervia.* Cor. V. exterior *flaveſcens, 7-nervia.* (c. C) Nectarium *monophyllum, horizontale, orbiculatum, planum, foveola excavatum, pro* Germinis *inſertione.* (l. L) Filamenta *baſi connata.* (n. N.) Antheræ *flavæ.* (m) Germen *obovatum, turbinatum.* (N) Styli *infra medium nudi.* Stigmata *plumuloſa.* (o) Semen *fuſcum, hinc convexum, inde ſulco notatum.* (ſ) *Ex pedicello elongato* Stylus *inter floſculos prominens, capitulo turbinato,* (✠) *ſeu tertii (ſæpe & quarti) floſculi rudimento, demum bivalvi,* (✠*) *terminatus.*

### *** *Flores multiflori, vagi.*

## BRIZA. G. P. 84.

*Cal.* 2-valvis, multiflorus. Spicula diſticha: valvulis cordatis, obtuſis: interiore minuta. S. N. 94.

64. Briza, *media*, ſpiculis ovatis, calyce floſculis (7) breviore. *Linn. Spec.* 103. (*Poa. Hall.* 1448.)

H. in pratis, inque ſylvis paſſim. Floret Junio.

T. VII. f. 2. Radix *perennis.* Culmus 1-3-*pedalis, erectus, foliatus, bi-rarius trinodis, lævis.* Folia *erecta, anguſta, brevia, ſuperiora utrinque ſcabra.* Ligula *brevis, truncata, prominula.* Vaginæ *læves.* Panicula *triangularis pauci-(20-30) flora.* Pedunculi *gemini, patentes, longi, violacei.* Pedicelli *capillares, flexuoſi.* Spiculæ 7-*floræ, ovato-cordatæ, glabræ, nitidae, coloratæ, nutantes, tremulæ,* Cal Valvulæ 3-*nerviæ.* (a) Corollæ Valv. exterior *calyce major, ſubviolacea, margine*

 *albido,*

Digitized by Google

*albido, ſcarioſo ultra baſin producto.* (C) V. interior *incluſa, minima, apice retuſa.* (C. *) Nectaria 2, *oblonga, apice truncata, crenulata, margine exteriore unidentata.* (L) Styli *penduli, longi, baſi nudi.* (O) Semen *hinc excavatum.* (S.) Spiculis *minus coloratis albidis, 9-11 floris, ſæpe ludit* in ſylvis *Am Homberg, & Beilſtein.*

## POA. G. P. 83.

*Cal.* 2-valvis, multiflorus. *Spicula* ovata: valvulis margine ſcarioſis acutiuſculis. S. N. 92.

65. Poa, *aquatica*, panicula diffuſa, ſpiculis ſexfloris linearibus. *Linn. Spec.* 98. (*Hall.* 1454.)

H. ad ripas *Lahnæ* circa *Dietz.* Floret Junio. Paniculam tantum examinavi; ipſe gramen hoc nondum legi.

T. V. f. 5. *Paniculae Ramus.* Panicula *maxima.* Pedunculi *triquetri, ſcabri, ſuperne flexuoſi.* Spiculæ *ovato-lineares, ſubcompreſſæ: inferiores 6-floræ, ſuperiores 7-9-10 floræ.* Cal. Valvulæ *uninerviæ, interior acutior longitudine corollæ.* Rachis *lævis.* (y) Cor. V. exterior *obtuſiuſcula, ſtriata, nervis 7 parallelis, (per lentem) denticulatis.* (c. C.)

66. Poa, *trivialis*, panicula diffuſa, ſpiculis trifloris baſi pubeſcentibus, culmo erecto tereti. *Linn.* S. N. 93. *Spec.* 99. (*Confer. Hall.* 1464. & 1468.)

H. in montoſis ſiccis *am Dollberg*, & *Homberg*; in muris urbis & pontis novi frequens. Floret initio Junii ad finem usque.

T. VI. f. 2. Radix *multiplex.* Culmi *numeroſi, adgregati, paralleli, erecti, ſtricti, foliati, trinodes, læves;* *juxta baſin* Gemmæ *purpuraſcentes ad genicula, pro futuro anno.* Folia radicalia *ſubanguſta, plana, pagina ſuperiore ſubſcabra, demum involuta.* Ligula *brevis, truncata.* Vaginæ *læves, nervo carinali acutiuſculo.* Panicula *3-4-pollicaris, anguſta, ſubdiffuſa,*

*diffuſa.* Internodia *ſemiteretia*, *ſubſcabra.* Pedunculi *ſcabri*, *inferiores terni*, *ſeu quini*, *pauci*-(5-7-9-) *flori*, *pedicellis breviſſimis.* Spiculæ *tri*-*ſ. quadrifloræ, ovato-lanceolatæ, ſpadiceo-purpureæ, nitidæ, floſculis apice flavis, magis quam in reliquis tribus ſequentibus coloratis, dorſo & baſi ſubvilloſis.* (c. C.) Nectaria *lanceolata*, *ſæpe bifida.* (L) Antheræ *flaveſcentes.* Stylus *inter floſculos nudus*; *in tri-quadriflorisque ſpiculis ſemper præſens.* (Y.*)

67. Poa, *anguſtifolia*, panicula diffuſa, ſpiculis quadrifloris pubeſcentibus, culmo erecto tereti. *Linn. Spec.* 99. (*Hall.* 1460.)

H. ad verſuras, ſecus vias paſſim. Floret initio Maji, ad finem usque.

T. VI. f. 3. Radix *repens.* Culmi *pedales*, *fertiliori ſolo* 2-3-*pedales*, *erecti*, *firmi*, *ſtricti*, *foliati*, *trinodes*, *læves.* Folia radicalia *erecta*, *longa*, *anguſtiſſima*, *pagina ſuperiore ſubpubeſcentia*, *demum involuta*, *filiformia.* Fol. culmea *latiuſcula*, *plana*, *obtuſiuſcula*, *firma*, *lævia*, *ſubtus ſtriata*, *glabra*: *nervo carinali in ſuperioribus partim ſcabra.* Ligula *brevis*, *truncata.* Vaginæ *longæ*, *ſtriatae*, *glabræ.* Panicula 3-4-5-*pollicaris*, *triangularis*, *diffuſa*, *ante & poſt floreſcentiam copioſiſſimis ſpiculis quaſi imbricata.* Internodia *inferiora lævia.* Pedunculi *inferiores plerumque quinque plures.* Spiculæ *ovatæ*, *acutæ*, *compreſſæ*, 4-*floræ*, *rarius* 3 *ſ.* 5-*floræ*, *magnitudine valde variantes*; (1. 2. 3.) *Semper latiores, pallidius virentes, minus coloratæ nitentesque, quam in reliquis.* Calyx *corolla paulo minor.* (a A) Floſculi *baſi & dorſo valde villoſi.* (C.) Nectaria *baſi connata*, *gibba*, *apice brevi acuto.* (L) Antheræ *erumpentes rubræ, mox demiſſo polline e viridi flaveſcentes.* Floſculi *maturo ſemine decidentes*, *villis cohærent vagi*, *penduli.* (ſ.) Stylus *inter floſculos*, (y*) *ſi quini*, *nullus. Junio Menſe Gramen hoc omne defloratum reperitur*; Folia radicalia *hinc inde enaſcentia*, *præcedentibus multo latiora*, *breviora*-*que obſervantur.*

68. Poa,

Digitized by Google

68. Poa, *pratenſis*, panicula diffuſa, ſpiculis quinquefloris glabris, culmo erecto tereti. *Linn. Spec.* 99. (*Hall.* 1462.)

H. in pratis noſtratibus infrequens; *Unter der neuen Brucke*; *an der Mühlbach*, & alibi parcius occurrit. Floret Julio ad finem usque.

T. VI. f. 4. Radix *multiplex*, *ſubrepens*. Culmi 3-4-*pedales*, *erecti*, *ſtricti*, *firmi*, *foliati*, 5 *ſ*. 6-*nodes*. Folia radicalia *pauca*, *emarcida*. F. culmea *latiuſcula*, *plana*, *utrinque ſcabra*. Ligula *brevis*, *truncata*, *ſæpe fiſſa*. Vaginæ *ſtriatæ*, *glabræ*. Panicula *ſemipedalis*, *ſubdivaricata*, *mutica*, *ſcabra*. Internodia *teretia*. Pedunculi *longi*, *patentes*, *valde hiſpidi*, *inferiores quini ſ. ſeni*. Pedicelli *divaricati*, *breves*. Spiculæ *lanceolatæ*, *acutæ*, *compreſſæ*, *margine acuto*, 3-4-5-*floræ in eadem ſæpe panicula*: *anguſtiores*, *minus copioſæ*, *magis diſtantes*, *magisque e luteo-virentes*, *quam in præcedentibus & ſequente*; *deflorata ſubfuſca*, *apicibus floſculorum luteis*, *nitidis*. Calycis valvulæ *trinerviae*, *dorſo ſcabræ*, *exterior mucronata*. (A) Floſculi *dorſo & baſi ſubvilloſi*. (C) Nectaria 2, *apice bifida*. (L.) Antheræ *violaceæ*, *cæruleſcentes*, *dein ochroleucæ*. *Ex geniculis inferioribus ſaepe faſciculi foliorum breves*, *& Culmi ſerius florentes enaſcuntur*. Paniculæ *pars ſuperior*, *uti racemi inferiores*, *ob tenuitatem & pondus ſpicularum*, *ſæpiſſime cernua*, *ſubnutans*.

69. Poa, *dubia*, panicula diffuſa, ſpiculis ovatis obtuſis ſubtrifloris baſi pubeſcentibus, vaginis foliisque ſubtus ſcabris. (*Confer. Hall.* 1465.)

H. in pratis humidiuſculis ubique frequens; ad foſſas; *an der Dillæ*, *& Mühlbach* copioſe; etiam ſiccioribus locis gramineis pervulgaris. Floret fine Junii in Septembrem usque.

T. VI. f. 5. Culmi *pars infima terram humidam profunde perforans*, *ſub terra*, *& partim extra terram*, Radiculas *ex nodis emittit numeroſas*. Culmus *ſupra*

*pra terram 3 ſ. 4-pedalis, erectus, foliatus, teres, ſuperne nudus, ſcaber.* Geniculi 3 ſ. 4, *ſubcylindracei, ſcabriuſculi.* Folia radicalia *emarcida.* F. culmea *latiuſcula, plana, pagina ſuperiore ſubſcabra, inferiore marginibusque ſcaberrima.* Ligula *oblonga, prominens, culmum ſemiobvolvens, obtuſa, ſæpe fiſſa.* Vaginæ *ſubcompreſſæ, ſtriatæ, undique imprimis carinali nervo ſcabræ.* Panicula *ſemi-ſæpe pedalis, diffuſa, patens: vel tota viridis, vel uno latere tantum, vel tota e violaceo-nigricans* Internodia *teretia, ſubſcabra.* Pedunculi *verticillati, longi, angulati, patentes, flexuoſi, ſubfloreſcentia horizontales, recti. Singuli baſis incraſſato-calloſa, cum culmi nodo coalita.* Spiculæ *exiguæ, exacte ovatæ, margine & apice obtuſiſſimæ, ſubnutantes, bi-ſeu triflora.* Floſculi *obtuſiuſculi, baſi & dorſo villoſi, calyce* (A) *paulo majores.* (c. C) Nectaria 2, *triangularia, acuta.* (L) Antheræ *violaceae, dein cinereæ.* Calyce *diutius perſiſtente, floſculi maturis ſeminibus decidentes, villis cohærent penduli.* (c. f.) *An* Poa *paluſtris Linn. Spec.* 89? *ſecundum deſcriptionem* Scheuchzeri *plurimis notis convenit.*

70. Poa, *annua*, panicula diffuſa angulis rectis, ſpiculis obtuſis, culmo obliquo compreſſo. *Linn. Spec.* 99. (*Hall.* 1466.)

H. in cultis, ad vias paſſim. Floret Aprili in hyemem usque.

T. VI. f. 1. Radix *annua.* Culmi *ſemi- & pedales, declinati, obliqui, compreſſi, foliati, binodes, læves.* Folia *latiuſcula, plana, lævia, partim carinali nervo ſcabra.* Ligula *oblonga, acuta, ſæpe crenulata.* Vaginæ *compreſſæ, fiſſæ, albido-marginatæ, laeves.* Panicula *triangularis, patentiſſima, diffuſa, ſubſecunda.* Pedunculi *gemini, angulati, laeves, horizontales, dein ſubreflexi.* Spiculæ *ovato-lineares, compreſſæ, obtuſiſſimæ, 3-4-5-floræ, virentes, ſeu in aliis ex purpureo-albido-viridique colore pulchre variegatæ.* Floſculi *baſi ſubvilloſi, margine apicem*

Digitized by Google

*cem verſus dentato-laceri.* (C.) Nectaria 2, *ovato-acuta, ſæpe bidentata.* (L.)

71. Poa, *compreſſa*, panicula ſecunda coarctata, culmo obliquo compreſſo. *Linn. Spec.* 101. (*Hall.* 1455.)

H. in muris coemeterii, urbis, & pontis novi; in arvis arenoſis ubique frequens. Floret Julio, Auguſto.

T. V. f. 4. Radix *ſubrepens.* Culmi *pedales, declinati, obliqui, adſcendentes, foliati, compreſſi, 4 ſ. 5. nodes, firmi, læves.* Folia *anguſta, erecta, plana, ſubcarinata, pagina ſuperiore ſubſcabra.* Ligula *obtuſa.* Vaginæ *compreſſæ, læves.* Panicula 1-2-*pollicaris, coarctata, ſecunda.* Pedunculi *breves, gemini.* Pedicelli *breviſſimi.* Spiculæ *ſubſeſſiles, approximatæ, lanceolato-lineares, acutiuſculæ,* 5-6, *ſeu* 7-9-*floræ, ſæpe coloratæ.* Floſculi *baſi ſubvilloſi.* (C.)

72. Poa, *nemoralis*, panicula attenuata, ſpiculis ſubbifloris mucronatis ſcabris, culmo incurvo. *Linn. Spec* 102. (*Hall.* 1469.)

β. Gramen cirrhoſa & villoſa ſpongia, ad ſingula genicula donatum, paniculatum alpinum. *Scheuchz. Agr.* 165.

H in dumetis *am Homberg*, & *Geiſtlichenberg* frequens; β, in nemoroſis *im Beilſtein*, prope viam publicam. Floret Julio.

T. V. f. 3. Radix *ſubrepens.* Culmi 1-2-*pedales, infirmi, foliati,* 4-ſ. 5-*nodes, erecti, apice cum panicula antrorſum curvati.* Folia *anguſtiſſima, plana, pagina ſuperiore ſcabra.* Ligula *obtuſa, breviſſima.* Vaginæ *ſubcarinatæ, inferiores ſubſcabræ.* Panicula *anguſta, elongata, nutans, coarctata, ſub floreſcentia patens.* Internodia *ſcabra.* Pedunculi *ſubflexuoſi, tenues, pauciflori.* Spiculæ *bi-rarius triflora, dilute fuſcæ, luteſcentes.* Calyx *longitudine* (‡) (*ſi duo*) *floſculorum, mucronatus, ſcaber.* (A) Floſculi *mucronati, ſcabri, baſi ſubvilloſi.* (C)

Varietas *major:* Culmo *tripedali, magis incurvo, ſæpe ramoſo;* Panicula *majore, multiflora;* Pedunculis

culis *pluribus, inferioribus quinis, ſ. ſenis, magis patulis*; Spiculis *tri-ſ. 4-floris; annuatim provenit* am Homberg. Poæ prætenſi (*mea*) *nimis adfinis.*

Varietas β. Gramen *omnibus partibus minus.* Culmus *vix pedalis, erectus.* Panicula *ſuberecta, fere racemoſa, pauciflora.* Spiculæ *exiguæ, biflora, demum rufeſcentes.* Floſculi *plerumque ſteriles. Ex inferioribus Geniculis, & quidem e culmi fiſſura, fibræ enaſcuntur numeroſæ, purpuraſcentes, glomeratim arcte implexæ, nodum & culmi partem undique ambientes.* (β) *Non eſt inſectorum opus. In his ſpongiolis, cultello ſæpiſſime examinatis, nunquam veſtigia ullius Inſecti detegere potui, uti in* Bedeguar Roſæ. *Vera ſunt excreſcentiæ fibrarum radicalium,* (+) *a nimio ſucco nutritivo enata, quibus deciduis Gramen forte propagatur.*

73. Poa, *criſtata*, panicula ſpicata, calycibus ſubpiloſis ſubquadrifloris pedunculo longioribus, petalis ariſtatis. *Linn.* S. N. 94. *Aira criſtata. Spec.* 94. (*Feſtuca. Hall.* 1444.)

H. in montoſis apricis ſiccis paſſim. Floret Julio.

T. V. f. 6. Radix *multiplex, denſa.* Culmi 2-3-*pedales, erecti, ſtricti, ſubfoliati, baſi ſubbulboſa* Vaginis *albidis, aphyllis veſtiti, bi ſ. trinodes, ultra medium enodes, nudi, infra & inter paniculam ſubtomentoſi.* Folia radicalia *anguſta, plana, utrinque pubeſcentia, marginibus pilis albidis ciliata* Fol. culmea *latiuſcula, plana, ſupra pubeſcentia, ſubtus nuda, marginibus ſcabris, ſubciliatis.* Ligula *breviſſima, truncata, ſubfuſca, ſubciliata.* Vaginæ *inferiores ſubvilloſæ, ſuperiores longæ, nudæ, ſcabræ.* Panicula *florens ſpiculis divergentibus patula, ut culmi internodia ſubtomentoſa, & pedunculi viſui pateant: ante & poſt floreſcentiam in ſpicæformam contracta, ſubcolorata, mutica.* Pedunculi *breves, pubeſcentes, ſcabri, inferiores gemini ſ. terni.* Pedicelli *breviſſimi, alterni, inferiores triflori.*

Digitized by Google

*flori.* Spiculæ *bi-tri-rarius quadriflorae.* Calyx *inaequalis, ſcarioſus, compreſſus, carinatus, pellucidus, mucronatus, ſuperficie punctatus (per lentem) punctis ſetiferis, carina ſcaber, ſubciliatus.* (A) Floſculi *longitudine calycis, ſubariſtati, dorſo ſcabri.* (c. C.) Nectaria 2, *apice latiori oblique truncata, crenulata, margine interiore unidentata.* (L) Antheræ *caeruleae, dein flavae.*

Variat. α. Panicula *ſemipedali.* β. Pedunculo *inferiore uno alterove longiore, horizontali.* γ. Spiculis *nudis, laevibus, forte Hall.* 1445?

## FESTUCA. G. P. 88.

*Cal.* 2-valvis. *Spicula* oblonga, teretiuſcula, glumis acuminatis. S. N. 96.

*a. Panicula ſecunda.*

74. Festuca, *ovina*, panicula ſecunda coarctata ariſtata, culmo tetragono nudiuſculo, foliis ſetaceis. *Linn. Spec.* 108.

α. Gramen foliis junceis brevibus majus, radice nigra, *Scheuchz. Agr.* 279. (*Hall.* 1442. α.)

β. Gramen capillaceum locuſtis pennatis non ariſtatis, *Scheuchz. Agr.* 276. (*Hall.* 1442. β.)

H. α, in collibus apricis aridis ubique; β, in montoſis ſterilibus, *auf der Steinſeite*, & alibi frequens. Floret Majo.

T. VIII. Fig. 3. Radix *denſa, fibroſiſſima, nigra.* Culmi *palmares, dodrantales, erecti, ſtricti, tetragoni, laeves, nudi, duobus geniculis fuſcis, totidemque foliis ſetaceis, brevibus, ad baſin inſtructi.* Folia radicalia *numeroſa, brevia, ſetacea, ſubſcabra.* Ligula *brevis, margine prominula.* Vaginæ *laeves.* Panicula 1-2-*pollicaris, coarctata, ſecunda.* Pedunculi *ſolitarii, breves, uniflori, inferior* 3-ſ. 4-*florus.* Spiculæ *teretes, ariſtatae, ſubviolaceae, pubeſcentes, florentes ſubdiſtichae,* (*Fig. infer.*) *tri-ſ. quadriflorae.* Calyx *exiguus, corolla brevior.* (a) Floſculi *apice ariſtati, pubeſcentes, dorſo*

Digitized by Google

*dorſo & margine ſcabri*, *ſaepe ciliati*. Nectaria 2, ovata, acuta. (L.)

Fig. 4. ‡. β. Panicula *anguſtiore*; Spiculis *minoribus*: Floſculis *muticis*, *differt*.

Fig. 4. ✝. Varietatem *hanc legi in ſylvis* in der Hörre: Folia radicalia *copioſiſſima*, *filiformia*, *laevia*. Culmus *fere pedalis*, *vix tetragonus*, *laevis*. Panicula *ſecunda*, *patula*, *minime contracta*. Spiculæ *exiguae*, *virides*, *glabrae*, *muticae*.

Ovibus gratiſſimum pabulum.

75. Festuca, *duriuſcula*, panicula ſecunda oblonga, ſpiculis oblongis lævibus, foliis ſetaceis. *Linn.* S. N. 96. *Spec.* 108? (*Hall.* 1437.)

H. in paſcuis ſiccis *auf dem Geiſtlichen Berg*; & alibi frequens. Floret Junio.

T. VIII. f. 2. Radix *multiplex*, *denſa*, *fibroſa*, *fuſca*. Culmi 1-1 ½ *pedales*, *erecti*, *ſtricti*, *teretes*, *ſubfoliati*, *binodes*, *læves*. Folia radicalia *filiformia*, *ſulco exarata*, *ſubtrigona*, *ſcabra*, *uti culmi tenaciſſima*. Folia culmea 2 l. 3, *brevia*, *lateribus conduplicatis ſetacea*, *demum planiuſcula*, *anguſta*, *lævia*. Ligula *brevis*, *fuſca*. Vaginæ *longa*, *læves*. Panicula 3-4-*pollicaris*, *anguſta*, *oblonga*, *ſecunda*. Internodia *angulata*, *lævia*, *dein flexuoſa*. Pedunculi *ſolitarii*, *firmi*. Spiculæ 5-6-*floræ*, *oblongæ*, (✝) *ſub floreſcentia diſticha*, (‡) *adſcendentes*, *panicula ſubnutante*. Floſculi *longius ariſtati*, *læves*, *vix apice ſcabri*, (C.) An vera?

76. Festuca, *rubra*, panicula ſecunda ſcabra, ſpiculis ſexfloris ariſtatis, floſculo ultimo mutico, culmo ſemitereti *Linn. Spec.* 109. (*Hall.* 1440.)

β. Feſtuca foliis hirſutis latiuſculis, locuſtis paniculatis quinquefloris, ariſtatis, glabris. *Hall.* 1435.

H. α, in montoſis ſterilibus paſſim; β. in pratis ubique. Floret Junio, Julio.

T. VIII. f. 1. Var. β. Var. α. Radix *multiplex*, *fibroſa*. Culmi 1-2-*pedales*, *erecti*, *ſtricti*, *læves*, *binodes*, *inferne ſubfoliati*, *teretes*, *ſuperne longe nudi*, *altero latere ubi primarii pedunculi prodeunt planiuſculi*, *ſemiteretes*. Folia radicalia *ſetacea*, *filiformia*, *ſubcompreſſa*, *ſcabra*. F. culmea *duo*, *ſubanguſta*, *plana*, *lævia*, *pagina ſuperiore moliſſime albido-villoſa*. Ligula *obtuſa*, *brevis*. Vaginæ *ſtriata*, *læves*. Panicula *patula*, *ſecunda*. Internodia *ſemiteretia*, *ſcabra*. Pedunculi *ſcabri*,

 *pri-*

*primarii gemini*, *multiflori*. Spiculæ 5 ſ. 6- *flora*, *pubeſcentes*, *ſcabra*, *deſiorata cum culmo rufeſcentes*. Floſculi *ariſtati*, *ultimus ſemper imperfectus*, *ſterilis*, *brevius ariſtatus*. Nectaria *duo germen cingentia*, *apice bidentata*. (L.)

*Fig.* I. *var.* β. Culmis *numeroſioribus*, *aggregatis*, *tripedalibus*; Panicula *maiore*, *patente*, *ſubdiffuſa*; Spiculis 5-7- *floris*, *majoribus*, *minus ſcabris*, *longius ariſtatis* (C.) *differt*.

77. Festuca, *myurus*, panicula ſpicata nutante, calycibus minutiſſimis muticis, floribus ſcabris, ariſtis longis. *Linn.* S. N. 96. *Spec.* 109. (*Hall.* 1443.)

H. in arvis, & campis ſterilibus, apricis, *auf dem Homberg* frequens; *am Dollberg bey dem Graben* rarius. Floret Julio.

T. III. f. 5. Radix *fibroſa*, *annua*. Culmi 1-1 ½ *pedales*; *obliqui*, *foliati*, *trinodes*, *teretes*. Folia radicalia *pauca*, *breviſſima*, *ſetacea*, *lævia*. F. culmea 3. ſ. 4, *involuto-ſetacea*, *lævia*, *vix apice ſcabra*, *ſuperiora gradatim longiora*. Ligula *brevis*, *ſubbipartita*. Vaginæ *culmum undique veſtientes*, *ſubangulatæ*, *ſtriatæ*, *læves*, *ſubviolaceæ*; *ſuperior longiſſima*, *amplior*, *paniculam attingens baſi obvolvenſque*. Panicula *fere ſemipedalis*, *ſpicaformis*, *ſecunda*, *nutans*. Internodia *ſemiteretia*, *valde ſcabra*. Pedunculi *inferiores gemini* ſ. *terni*, *erecti*, *ſpiculis alternis*, *ſubſeſſilibus*; *ſuperiores ſolitarii*, *breviſſimi*. Spiculæ 5-6 8- *flora*, *diſticha*, *ſcabra*, *adſcendentes*. Calyx *floſculis duplo minor*: Valv. exterior *minutiſſima*. (a A) Floſculi *ſtriati*, *hiſpidiuſculi*: *denticulis ſetaceis apice conſertioribus*, *dorſo marginibuſque ſubciliati*. Ariſta *terminalis recta*, *tenuiſſima*, *ſcaberrima*, *demum ſubflexuoſa*, *floſculo & ipſa ſæpe ſpicula longior*. (C. c.) Panicula *cum culmo*, *maturo ſemine*, *ſubrufeſcens*.

Variat *ſteriliori ſolo*: Culmo *vix ſpithamæo*; Folio *ſupremo a ſpica remotiore*; Panicula *ſpicata*: Spiculis *minoribus*, *diſtinctioribuſque*.

b. *Panicula æquali*.

78. Festuca, *decumbens*, panicula erecta, ſpiculis ſubovatis muticis, calyce floſculis majore, culmo decumbente. *Linn. Spec.* 110. (*Hall.* 1434.)

H. in paſcuis ſterilibus *am Homberg* rarius; in pratis depreſſis *hinter dem Homberg*; infra pagum *Sinn*, frequens. Floret Junio.

T. VII. f. 5. Radix *denſa*, *fibroſa*, *ſubrepens*. Culmi 1-1 ½ *pedales*, *baſi ſubbulboſi*, *foliati*, *trinodes*, *decumbentes*; *florentes*

*obliqui*

*obliqui*, *adſcendentes*. Folia radicalia *longa*, *ſubanguſta*, *plana*, *ſupra*, *inprimis baſi piloſa*. F. culmea *ſimillima*, *breviora*. Ligulæ *membrana breviſſima*, *villoſa*, *margine prominula*. Vaginæ *ſtriata*, *ſuperne villoſa*. Panicula *ſimpliciſſima*. Pedunculi *alterni*, *ſimplices*, *breves*, *uniflori*; *infimus longior*, *unico ramulo biflorus* Spiculæ 5-6 ſ. 7, *ovata*, *tumidiuſcula*, *erecta*, 3-4- *rarius* 5-*flora*, *colorata*. Calycis V. exterior *ſaepe ipſa ſpicula longior*; *interior brevior*. *anguſtiorque*. (a.) Floſculi *baſi piloſi* Valv. exterior 5- *nervia*, *margine ciliata*, *apice obtuſa*, *trifida*; (c. C) interior *plana*, *apice bi-ſaepe trifida*. (C*) Nectaria *duo*, *obtuſa*. (l. L.) Floſculus *ultimus teres*, *ſterilis*. (y. *)

79. FESTUCA, *elatior*, panicula ſecnnda erecta, ſpiculis ſubariſtatis: exterioribus teretibus. *Linn. Spec.* 111. *Poa.*-( *Hall.* 1451.)

H. in pratis fertiliſſimis copioſe. Floret Julio & ſequ.

T. VIII. f. 6. - Radix *articulata*, *profunde deſcendens*, *fibris ramoſiſſimis ſubtomentoſis*, *valde luxurians*. Culmi 3 ſ. 4-*pedales erecti*, *foliati*, 3 ſ 4-5 *nodes*, *laeves*. Folia *patentia*, *lata*, *ſaepe involuta*, *ſupra ſubſcabra*. Ligulæ *loco*, *margo brevis adnatus*. Vaginæ *ſtriatae*, *laeves*. Panicula *ſemipedalis*: *e vagina erumpens coarctata*, *nutans*; *florens patula*, *erecta*, *ſecunda*, *pedunculis ſtrictioribus divergentibus*. Internodia *ſemiteretia*, *ſcabra*. Pedunculi *gemini*, *compreſſi*, *ſemiteretes hiſpidi*. *ſuperiores ſolitarii*. Pedicelli *breviſſimi*. Spiculæ *teretes*, *rectae*, *ſeu varie curvata*, *coloratae*: *florentes compreſae*, *exſiccatione diſtichae*, *ſquamoſae*, 5-6-*fertiliori ſolo*, 9-11-*florae*. Calyx *corolla minor*: (a) V. exteriore *exigua*. Floſculi *mutici*, *ſaepe apice ſubariſtati*. (+) Nectaria *duo*, *lanceolata*, *acuminata*. (l. L.) *Bobus et equis pabulum praebet praeſtantiſſimum*. Variat *ſteriliori ſolo*: Culmo *vix ultrapedali*; Panicula *ſpicata*: *ſpiculis ſubſeſſilibus*, *alternis*, *patentibus*, *inferioribus geminis*; *forte* HAL. 1452.

80. FESTUCA, *fluitans*, panicula ramoſa erecta, ſpiculis ſubſeſſilibus teretibus muticis. *Linn. Spec.* 111. (*Poa. Hall.* 1453.)

H. in foſſis & aquis ſtagnantibus paſſim. Floret Junio & ſequ.

Hujus Graminis (Mannæ) Semina, *Schvvaden* dicta, a nonnullis in cibum recipiuntur ſapidiſſimum.

T. VIII. f. 5. Culmi *baſis craſſa*, *terram humidam profunde perforans*, *ex nodis gemmas*, *radiculaſque emittit fibroſas*. Culmi 3 4 *pedales*, *foliati*, *compreſſi*, 4 ſ. 5 -*nodes*, *laeves*, *inſerne ramoſi*, *obliqui*, *ſuberecti*; *in aquis ſtagnantibus natan-*

 *tes*,

Digitized by Google

*tes, rarius florentes.* Folia *latiuſcula, plana, pagina ſuperiore ſubſcabra.* Ligula *oblonga, acutiuſcula.* Vaginæ *compreſſae, laeves.* Panicula *ſape ultrapedalis, ramoſa, patens, ſecunda.* Rami & Pedunculi *ſemiteretes, ſubſcabri, erecti, ſub floreſcentia ſtricti. exacte horizontales; in ſpeciminibus natantibus, omnes erecti, minuſque ſtricti.* Spiculæ *lineares, teretes, ſubcompreſſa,* 7-9-11-*flora, ſubſeſſiles; ſub ipſa floreſcentia, axillares Culmo, rameae Ramo parallelae, adpreſſae: ſuperiores plures ſolitaria, alternae, inferiores gemina; quarum una ſemper longius pedicellata, pedicello ſaepe bifloro.* Calyx *exiguus.* (a. A) Cor. V. exterior *ſeptinervia, obtuſiuſcula, marginibus albidis, ſubrepandis, ſaepe laceris.* (C.) Nectarium *monophyllum, plano-concavum, margine incraſſato, ſubemarginato, horizontaliter antrorſum a Germine diſcedens.* (l. L) Germen *turbinatum.* (N) Styli *baſi nudi.* Stigmata *peniciliformia, plumoſa.* (o) *Equis et imprimis Suibus gratum prabet pabulum.* Varietatem viviparam: Spiculis *rachi elongata palmaribus, corollis germinibuſque in foliola excreſcentibus,* ſæpe legi *unter der neuen Brücke.*

## BROMUS. G. P. 89.

*Cal.* 2-valvis. *Spicula* oblonga, teres, diſticha: ariſta infra apicem. S.N. 97.

81. Bromus, *ſecalinus*, panicula patente, ſpiculis ovatis, ariſtis rectis, ſeminibus diſtinctis. *Linn*, S. N. 97. *Spec.* 112. (*Hall.* 1502?)

H. in agris inter Secale, æſtate pluvia nimis frequens. Floret Junio, Julio.

T. XI. f. 2. Radix *annua.* Culmus 3 ſ. 4-pedalis, *erectus, ſtrictus, foliatus, laevis.* Geniculi 4 ſ. 6, ſubgloboſi, nudi. Vaginæ ſulcatæ, læves. Ligula *brevis, triangularis, ſubcrenulata, ſubfuſca.* Folia *lata, plana, firma, pagina ſuperiore ſubvilloſa, ſcabriuſcula.* Panicula *ſemipedalis,* patens, demum nutans. Internodia *ſemiteretia, nuda, lavia.* Pedunculi longi, patentes, ramoſi, *compreſſi, ſcabri.* Pedicelli *flexuoſi.* Spiculæ ovato-oblongæ, teretiuſculæ, nudæ, 9-11-floræ, nutantes. Calyx (a A) & *floſculi, ſubſcabri.* Cor. V. exterior 7-*nervia, punctata, albido marginata, apice bifida.* (c) Ariſta *ex nervo medio dorſali, infra fiſſuram prodit* craſſiuſcula, *ſaepe ſubflexuoſa, longitudine corollae.* Nectaria 2, *ovata, acuta.* (L) Semina *matura elongata Rachi, diſtincta.* (c. ſ.) *Hujus* Semen *corollae adnatum, verum eſt* Dort, *ſeu* Treſpe *germanorum; quod* Secali *immixtum, panem ingratum, amarumque reddit; Nec ſequentis,* (H. 1405.) *qui inter* Hordeum, *nunquam* Secale *creſcit.*



Digitized by Google

82. Bromus, *mollis*, panicula erectiuſcula, ſpiculis ovatis pubeſcentibus: ariſtis rectis, foliis molliſſime villoſis. *Linn.* S. N. 97. *Spec.* 112. (*Hall.* 1504.)

H. in agris inter Hordeum; in ruderatis, ſecus vias, ubique frequens. Floret Junio & ſequ.

T. XI. f. 1. Gramen *totum molle, albido-pubeſcens.* Radix *in arvis annua, locis deſertis minus tritis, biennis.* Culmi 1-2-pedales, *erecti, foliati, ſuperne ſubtomentoſi;* Geniculis *tribus incraſſatis, ſubcylindraceis*, villoſis. Folia latiuſcula *plana, 7-nervia, utrinque, ſupra magis, molliſſime albido-villoſa.* Ligula *brevis, ſemimultifida.* Vaginæ ſtriatæ, inferiores villoſæ. Panicula erecta, ſubcoarctata. Internodia *compreſſa, ſubtomentoſa.* Pedunculi breves, erecti, depreſſi, pubeſcentes, ſimplices, uniflori, rarius biflori. Spiculæ erectæ, ovatæ, ſubcompreſſæ, pubeſcentes, 5-7-floræ. Valv. Cor. exterior *apice acute bifida.* (C) Ariſta tenuis, *recta, corolla fere longior.* Nectaria 2, *ovata, obtuſa.* (L) Germen *ſuperne villoſum.* (N.) Styli *infra apicem inſerti, reflexo-patentes.* (O) Semen *corollæ adnatum,* (c. ſ.) *exſiccatione duplo anguſtius, tereti uſculum, uti in præcedente.*

Varietas in pratis ſterilibus: Culmo *vix ſpithamæo; ſpiculis 3-4-floris, flaveſcentibus, lævibus, duabus ſ. unica tantum ex apice culmi pendulis; primo adſpectu diverſiſſimum, tamen idem Gramen.*

83. Bromus, *ſterilis*, panicula patula, ſpiculis oblongis diſtichis, glumis ſubulato-ariſtatis. *Linn. Spec.* 113. (*Hall.* 1505.)

H. ad margines agrorum, in arvis, ad ſepes, *auf dem Schiesplatz* frequens. Floret Junio, Julio.

T. XI. f. 4. Radix *annua.* Culmi 1-2-3-*pedales erecti, foliati*, Geniculis 3-4, *ſubcylindraceis.* Folia *latiuſcula, plana, ſtriata, baſi ſubſcabra, inferiora pagina ſuperiore ſubvilloſa.* Ligula *triangularis, denticulato-ciliata.* Vaginæ *inferiores albido-villoſæ.* Panicula *ſemipedalis, patens, pauci-(10-20) flora.* Pedunculi *longi, filiformes, patentes, compreſſi, hiſpidi, uniflori; inferiores quini, baſi nodoſi, uno alterove longiore, bifloro, pedicellis divergentibus flexuoſis.* Spiculæ *magnæ, lineari-oblongæ, nudæ, ſcabræ, ſeptifloræ, nutantes:* (‡) *ſub antheſi diſtichæ, ultimo floſculo brevius ariſtato, ſterili.* Calyx & *floſculi ſubangulati.* (a. c.) Cor. V. exterior 7-*nervia: nervis parallelis, viridibus, ſcaberrimis; albido-marginata, apice acutiſſime bifida.* Ariſta *infra fiſſuram*

 *prodit*

Digitized by Google

*prodit recta longitudine corollæ.* Nectaria 2, *ovata, margine interiore crenulata.* (L) Semina *rarius ad maturitatem perveniunt.* (c. f.)

Variat Culmo *proceriori*; Foliis *latioribus, omnibus villoſis*; Panicula *pedali, multiflora*; Spiculis *minoribus, brevius ariſtatis, undique pubeſcentibus, pendulis.* (*forte Hall.* 1507?) *intermedius quaſi inter* Brom. *ſterilem & tectorum.* Habitat *im Zwinger* frequens.

84. Bromus, *arvenſis*, panicula nutante, ſpiculis ovato-oblongis. *Linn. Spec.* 113. (*Hall.* 1509.)

H. ad margines agrorum, *in der Aue*; *am Dollberg*; alibique frequens. Floret Iulio.

T. XI. f. 3. Radix *annua.* Culmi *obliqui, adultiores erecti, foliati, tri- f. 4-pedales:* Geniculis, 3, *incraſſatis, interioribus ſubvilloſis.* Folia *latiuſcula, plana, pagina inferiore marginibusque ſcaberrima, ſuperiore albido-villoſa.* Ligula *acutiuſcula, multifida.* Vaginæ *ſtriatæ, villoſa, ſuperiores ſubnuda.* Panicula *fere pedalis.* Pedunculi *longi, filiformes, compreſſi, hiſpidi, baſi nodoſi; vel ſimplices, uniflori; vel pauciores ex infimis ſubramoſi, bi f. triflori:* Pedicellis *longis, flexuoſis, ad ramificationes nodoſis, foliolōque brevi, ſubulato,* (*ſæpe*) *bracteatis.* Spiculæ *longæ, ovato lineares, teretiuſculæ, 7-9-10-floræ, nutantes, coloratæ: hinc griſeo-virideſcentes, inde ſpadiceo-purpureæ, glabræ,* (*per lentem*) *pubeſcentes.* Ariſta *corolla paulo longior, recta.* Nectaria 2, *ovata.* (L) Antheræ *rubræ dein flavæ.*

Variat ſpiculis *minoribus, magis coloratis,* (+) *pubeſcentibus. Confer. Hall.* 1503?

85. Bromus, *tectorum*, panicula nutante, ſpiculis linearibus. *Linn. Spec.* 114. (*Hall.* 1508.)

H. in collibus ſiccis, *am hohlen Weg, bey dem dicken Thurm*; in muris pontis novi; et alibi frequens. Floret Majo.

T. X. f. 2. Radix *annua.* Culmi *ſpithamæi f. pedales, tenues, erecti, folia i, tri- f. quadrinodes; deflorati terræ incumbentes, rufeſcentes.* Folia *anguſta, plana, pagina inferiore pubeſcentia, ſuperiore albidovilloſa, marginibus verſus baſin ciliata.* Ligula *truncata, ſ. minimultifida.* Vaginæ *inferiores villoſa, rufeſcentes.* Panicula *ex vagina erumpens erectiuſcula, demum nutans, ſecunda.* Pedunculi *capillares, laxi, cum internodiis pubeſcentes, ſcabri, inferiores quini.* Spiculæ *pendulæ, lineari oblongæ, pubeſcentes; quinqueflora; maturo ſemine, floſculis apice divergentibus ſubſquarroſa.* (c. f.) Floſculi *ſuperiores plerumque ſteriles.* Ariſta *longitudine corollæ, tenuiſſima, recta.*

86. Bro-

86. Bromus, *giganteus*, panicula nutante, ſpiculis quadrifloris: ariſtis brevioribus. *Linn. Spec.* 114. (*Hall.* 1510. & *forte* 1506? *ſecund. Deſcr.*)

H. locis umbroſis humentibus, ad ſepes *im Winkel bey dem Klingelborn*; *an der Mühlbach bey dem Sieghaus-Brückgen*; & alibi frequens. Floret Julio.

T. X. f. 1. Radix *perennis*. Culmus *fere orgyalis*, *erectus*, *firmus*, *foliatus*, *lævis*; Articulo *ſupremo longiſſimo*; Geniculis *quatuor*, *incraſſatis*, *fuſcis*. Folia *longa*, *latiſſima*, *plana*, *baſi utrinque membrana cartilaginea*, *acuta*, *aucta*; *pagina ſuperiore*, *&* *apice inferioris ſcabra*. Ligula *breviſſima*, *truncata*, *fuſca*. Vaginæ *ſulcatæ*, *ſubcompreſſæ*, *inferiores ſcabræ*. Panicula *ultrapedalis*, *nutans*. Internodia *longa*, *lævia*. Pedunculi *ad ſingulum nodum gemini*, *patentes*, *longi*, *angulato-compreſſi*, *ſcabri*, *ultra medium indiviſi*. Spiculæ *teretiuſculæ*: *florentes lineari-lanceolatæ*, *ſubcompreſſæ*, *demum oblongæ*; (✠) *tri quadriflora*, *in noſtrate ſæpiſſime* 6-7-*flora*. Calyx *corolla minor*, *mucronatus*, (a) *valvula exteriore exigua*. Cor. V. exterior 5-*nervia*, *albido-marginata*, *apice ſubbifida*. Ariſta *infra apicem prodit capillo tenuior*, *ſubflexuoſa*, *longitudine corollæ*, *ſæpe tota ſpicula longior*. (c. C.) V. interior *lanceolata*, (C*) *longitudine exterioris*, *ſæpe longior*. Nectaria 2, *lanceolata*, *acuta*. (L l) Semen *hinc convexum*, *inde planum*, *ſubexcavatum*. (f)

87. Bromus, *pinnatus*, culmo indiviſo, ſpiculis alternis ſubſeſſilibus teretibus ſubariſtatis. *Linn.* S. N. 98. *Spec.* 115. (*Triticum. Hall.* 1431.)

H. in montoſis ſylvaticis *am Homberg*, & alibi copioſiſſime. Floret Julio.

T. X. f. 3. Radix *multiplex*, *teres*, *articulata*, *ſquamata*, *fibroſa*. Culmus *tri-* ſ. *quadripedalis*, *erectus*, *ſtrictus foliatus*, *ſuperne lævis*; Geniculis *tribus ſubvilloſis*. Folia *flavo-viridia*, *lata*, *plana*, *medio latiora*, *ſupra*, *ſubtus*, *marginibusque ſubpiloſa*. Ligula *brevis*, *obtuſa*. Vaginæ *ſtriatæ*, *molliſſime villoſæ*. Spica *terminalis*. Receptaculum *ſubflexuoſum*, *denticulis remotis ſpiculas adfigens*. Spiculæ *novem*, *alternæ*, *bifariæ*, *teretiuſculae*, *pubeſcentes*, 9-11-13-*florae*: *Superiores ſeſſiles*, *inferiores breviſſime pedunculatae*; *ante & poſt floreſcentiam erectae*, *commiſſuris glumarum* ſ. *latere planiuſculo Receptaculo adpreſſae*: *florentes horizontales*, (✠) ſ. *ad angulum rectum a receptaculo diſcedentes*; *terminali ſemper erecta*, *directione lateralibus contraria*, (‡) *uti in* Triticeis. Calyx *&* Floſculi *ſtriati*, *pubeſcentes*, *margine ſubciliati*. (a. c.) Ariſta *terminalis*, *recta*, *brevis*, *maturo ſemine longior*. (c. f.) Nectaria

 2; *api-*

2, *apicem verſus latiora, oblique truncata, multifido - ciliata.* (l. L.) Antheræ *flavae.* Styli *cum apice* Germinis *toti villoſi* (N. O)

## AVENA. G. P. 91.

*Cal.* 2 - valvis, multiflorus: ariſta dorſali contorta. S. N. 99.

88. Avena, *elatior*, paniculata, calycibus bifloris, floſculo hermaphrodito ſubmutico, maſculo ariſtato. *Linn.* S. N. 99. *Spec.* 117. (*Hall.* 1492.)

H. in pratis, pomariis, ad ſepes, ubique frequens. Floret Junio & ſequ.

T. X. f. 4. Radix *perennis.* Culmus *fere orgyalis, erectus, foliatus, quadrinodis, laevis.* Folia *lata, ſtriata, plana, ſupra ſubvilloſa, utrinque ſcabra.* Ligula *brevis, truncata, fiſſa* Vaginæ *ſtriatae, laves, inferiores ſubvilloſæ.* Panicula *ſemipedalis & longior, coarctata, nitida; florens patula, ſubnutans.* Pedunculi *tenues, primarii ſquamula acuta, brevi, involucrati.* Calyx *tenuis, pellucidus, mucronatus, coloratus.* (a A) Floſculi *duo, ſubaquales, vix calycem ſuperantes:* (1. 2. 3.) *quorum* inferior Maſculus, *ſeſſilis*; (♂) ſuperior Hermaphroditus *ſubpedicellatus*: (☿) *uterque baſi piloſus, ſeptinervius, coloratus, muticus.*

Maſculi Valv. exterior *ſupra baſin ariſtata*: Ariſta *colorata, geniculo tortili, floſculo duplo longiore.* (♂. x) Nectaria *duo, exigua.* (♂. l.) Germen *minimum.* (♂. n.) Styli *breviſſimi, villoſi.* (n. ♂) Semen *abortiens.* (♂. c. ſ.)

Hermaphroditi ariſta *ſub apice prodit breviſſima, recta.* (☿x*) Nectaria *duo, lineari-lanceolata, acuminata,* (l. L. ☿) *germine longiora.* Stamina *tria uti in* Mare. Germen *obovatum, apice villoſum.* (☿. n) Styli *toti villoſi, erectiuſculi,* (n. ☿) *demum patentes.* (l. m) Semen *compreſſum, acutum, ſulco notatum,* (☿. ſ.) Corollæ *adnatum.* (☿. c. ſ.)

*Bobus & equis bonum prabet pabulum. Gallorum* Fromental; *A nonnullis perperam* Raygraſs *dictum, quod* Lol. perenne. Variat;

Digitized by Google

Variat: *α.* Radicalibus *fibris nodoſis. Linn.* var. *β. Hall. α.*

*β.* Floſculo Hermaphrodito & Maſculo, *inermi*, ſ. *utroque ariſta deſtituto.* (2)

*γ.* Ariſta *in utroque floſculo longiore.* (3)

*δ.* Ariſta *in* Hermaphrodito *nulla.*

89. Avena, *dubia*, paniculata, calycibus ſubtrifloris: floſculo infimo terminali ariſta recta; reliquis apice biariſtatis, dorſali ariſta reflexa.

H. in collibus ſiccis, apricis, in arvis ſterilibus paſſim. Floret Junio.

Gramen mihi dubium. An Avena *Loefflingiana*, Linn. S. N. 99. *Spec.* 118? cum Linnaei Charactere ſpecifico non exacte convenit, nec in *Scheuchzero*, nec Halleri Opere, ſimile Gramen detegere poſſum.

T. IX. f. 3. Radix *fibroſa*, *annua.* Culmi *ſpithamai*, *rarius pedales*, *erecti*, *foliati*, *tenues*, *laves*; *tribus* Articulis, *ſupremo longiſſimo*, Geniculiſque *fuſco-purpureis intercepti.* Folia radicalia *pauca*, *brevia*, *anguſtiſſima*, *ſtriata*, *plana*, *nuda.* Folia culmi *conduplicato-ſubulata*, *ſubſcabra.* Ligula *oblonga*, *acuta*, *ſubbifida*, *longe prominens.* Vaginæ *teretes*, *ſtriata*, *laves*, *inferiores rufeſcentes*, *ſuperior triplo longior*, *amplior que.* Panicula *pauciflora*, *florens patens.* Internodia *teretia*, *ſubſcabra.* Pedunculi *filiformes*, *longi*, *patentes*, *ſubſcabri*, *ſimplices*, *uniflori*, *pauciores biflori*, *rarius terminali ſimiles*, *triflori*; Glumis *apicem verſus alternatim pedunculo adpreſſis*, *ſubſeſſilibus*: Pedicellis *exiguis*, *valde incraſſatis.* Glumæ *oblonga*, *ſubteretes*, *albida*, *ſubfuſca*, *maculis ſanguineis nitentes*, *bi*-(✝) *rarius triflora*: (‡) Floſculis *omnibus fertilibus.* Cal. V. exterior 5-*nervia*; interior *duplo major*, 7-*nervia*: *nervis parallelis*, *viridibus*, *ſcabris*; *utraque acuminata*, *albido-marginata.* (a A.)

Floſculus inferior (1) *ſeſſilis*, *baſi* nudus, (1. C. *) *longitudine calycis.* Cor. V. exterior *teres*, *ſubulata*,



Digitized by Google

*ta*, *5-nervia*, *punctata*; Ariſta *terminalis*, recta *longitudine corollæ.* (1) Valv. interior *duplo brevior*, *plana apice bifida.* (c. C. *)

Floſculus ſuperior (2) *breviſſime pedicellatus*, baſi piloſus, (2. C. y.) *priori ſimilis*, *at apice & dorſo ariſtatus*: (2. C.) Ariſtæ terminales duæ, *capillo tenuiores*, *recta*, *parallela*, *longitudine corollae*; (2-3.) Ariſta *dorſalis paulo ſupra medium prodit*, *geniculata*, *tortilis*, *gluma duplo longior.* (‡) Stylus *inter floſculos*; *in glumis biſloris*, *nudus*, *in trifloris*: *tertio floſculo*, *ſecundo ſimillimo*, *apice & dorſo ariſtato*, *inſtructus.* (3) *Singuli Floſculi* Stamina *tria*; Antheræ *ochroleucæ*, *exiguæ*; (m M) Nectaria *duo*, *ovata*; (L.) Germen *obovatum*; (n N.) Styli *toti villoſi*; (O) Semen *corollæ adnatum*, (c. l.) *teres*, *acutum*, *hinc ſulco notatum*. (ſ.)

90. Avena, *fatua*, paniculata, calycibus trifloris, floſculis omnibus baſi piloſis: ariſtis totis lævibus. *Linn. Spec.* 118. (*Hall.* 1495.)

H. in agris, vitium pervulgare, inter ſegetes nimis frequens. Floret Junio, Julio.

*Eradicatur* 1) Stipulis accenſis, requieſcente diutius agro, & arando poſt germinationem. Linn.

2) Repetita per plures annos ſeminatione graminum perennantium. Schreber.

T. IX. f. 4. Radix *annua.* Culmus 3 ſ. 4-*pedalis*, *erectus*, *firmus*, *foliatus*, *quadrinodis*, *lævis.* Folia *latiſſima*, *longa*, *ſtriata*, *undique ſcabra.* Ligula *obtuſa*, *fiſſa*, *brevis.* Vaginæ *ſtriatæ*, *læves.* Panicula *pedalis*, *patens.* Pedunculi *filiformes*, *patentes*, *compreſſi*, *ſcabri*, *uniflori*, *rarius biflori*, *inferiores quini*; *ſolo fertiliori plures*, *ramoſiores*, *multiflori.* Glumæ *ſubtrifloræ*, *nutantes.* Calyx *floſculis major*: V. exterior 9-*nervia*, interior 11-*nervia.* Rachis *piloſa.* (y) Floſculi *baſi et dorſo piloſi*, (c) 7-*nervii*, *dorſo ſcabri*, *acuminati*, *apice laceri*; *tertio duplo minore*, (c. 3.) *ſæpe deficiente*: *Singuli*

Ariſta

Digitized by Google

Ariſta *dorſalis, geniculata, reflexa, tortilis, lævis,* (*per lentem ſcabra,*) (X. ☉.) *floſculo duplo longior.* Nectaria 2, *ovato-acuminata.* (L) Semen *piloſum.* (c. ſ. ſ.)

91. Avena, *pubeſcens*, ſubſpicata, calycibus ſubtrifloris, baſi piloſis, foliis planis pubeſcentibus. *Linn.* S. N. 99. *Spec.* 1665. (*Hall.* 1498.)

H. in pratis ſiccioribus *an der Dille*, *am Sieghauſe*; & alibi frequens. Floret initio Junii.

T. IX. f. 2. Radix *ſubſtolonifera.* Culmi pauci, 3-4-ſ. 5 pedales, *erecti*, foliati, læves, geniculis *tribus* ſubrotundis. Folia radicalia *anguſta*, *plana*, *ſupra, ſubtus, marginibusque* piloſa. Fol. culmea *latiuſcula, obtuſa, utrinque tactu mollia*, pubeſcentia, *marginibus præſertim carinali nervo ſcabra*: *ſupremo breviſſimo, nudo.* Ligula *magna*, *obtuſa*, ſubcrenulata. Vaginæ *teretes, ſtriatæ*, læves, *inferiores villoſæ*, Panicula ſemipedalis, coarctata: *florens* patula, multiflora. Internodia teretia, lævia. Pedunculi tenues, *compreſſi, ſcabri*, 1-2-3-*flori*, inferiores quini. Glumæ tri-*rarius* bifloræ, *albido-purpuraſcentes*, *nitidæ.* Calyx *acuminatus.* (a) Rachis *pubeſcens.* (y) Floſculi baſi valde piloſi, (c. y.) 5-*nervii*, *apice laceri*, *multifidi*, *calycis longitudine.* Ariſta *dorſalis, albido-violacea, demum tortilis*, unicolor, ſubfuſca. Nectaria 2, *apice oblique* truncata, tridentata, (L.) longitudine Germinis. Semina *rariſſime ad maturitatem perveniunt.* (ſ.)

92. Avena, *pratenſis*, ſubſpicata, calycibus quinquefloris. *Linn.* S. N. 99. *Spec.* 119. (*Hall.* 1499.)

H. in montoſis ſterilibus, & collibus apricis paſſim. Floret medio Junii.

T. IX. f. 1. Radix *multiplex*, *lata ſpatia occupat valde luxurians.* Culmi numeroſi, tripedales, *erecti*, ſtricti, ſubfoliati, ſ. *ultra medium nudi*, ruſeſcen-

tes,

tes, ſcabri: Geniculis duobus baſi propioribus. Folia radicalia numeroſa, longa, anguſta, plana, nuda, marginibus ſcaberrima; dein involuta ſ. conduplicata, filiformia, extus lævia, Vaginis *baſi ſcabris*. F. culmea anguſta, *brevia*, *plana*, *obtuſa*, ſupra incana, ſcabra, ſubtus lævia: *omnia uti radicalia*, *apice purpurea*. Ligula *oblonga*, ſubſiſſa. Vaginæ ſubcompreſſæ, ſcabræ, purpureo-maculatæ. Panicula ſpicata, contracta, pauciflora. Internodia ſemiteretia, ſubflexuoſa, ſcabra. Pedunculi breves, compreſſi, ſtricti, hiſpidi, ſimplices, alterni, uniflori, culmo adpreſſi, ſub floreſcentia ad angulum acutum diſcedentes; inferiores gemini, uno longiore bifloro. Glumæ 5 floræ, *rarius triflora*, *magis colorata*, ſcaberrimæ, *praecedentis majores*. Calyx floſculis paulo brevior. (a) Floſculi baſi ſubpiloſi, (c. y) apice acuto, bifido. (c) Ariſta *dorſalis longior*, (x) inferne tetragona recta, verſicolor; dein tortilis, albo nigroque colore variegata. Nectaria 2, lanceolata, acuminata, germine longiora, (L.) margine exteriore unidentata. Semen *fuſcum*, *ſæpe abortiens*. (c. ſ.)

93. Avena, *flaveſcens*, panicula laxa, calycibus trifloris brevibus, floſculis omnibus ariſtatis. *Linn. Spec.* 118. (*Hall.* 1497.)

H. in pratis & pomariis frequens. Floret Junio & ſequ.

T. X. f. 5. Radix *perennis*. Culmi 2-3 *pedales*, *erecti*, *foliati*, *laves*: Geniculis *tribus*, *ſubvilloſis*, *remotis*. Folia *latiuſcula*, *pagina ſuperiore ſubvilloſa*. Ligula *brevis*, *truncata*, *ſubcrenata*. Vaginæ *ſubvilloſa*. Panicula *flaveſcens*. Pedunculi *verticillati*. Calyces *bi-tri-rarius quadriflori*, *ultimo floſculo ſemper ſterili*. (a) Floſculi *calyce paulo longiores*, *baſi piloſi*, *apice bifidi*: Ariſta *dorſalis*, *tenuis*, *floſculo longior*. (c. C.) Nectaria *ovato-lanceolata*. (L) Semen *flaveſcens*. (c. ſ.)

Variat.

Digitized by Google

Variat in ſylvis: Panicula *anguſtata*, *coarctata*, *calycibus* (*Majo*) *bifloris*, (*Julio*) 3- & 4-*floris*.
Varietatem Viviparam legi ſingularem *unter der neuen Brücke*: Panicula *ſpicata*, *ſquarroſa*, *germinibus in faſciculos foliorum excreſcentibus villoſos*, *undique divergentes*.

## ARUNDO. G. P. 93.

*Cal.* 2-valvis. *Floſculi* congeſti, lana cincti. S. N. 100.

94. Arundo, *phragmitis*, calycibus quinquefloris, panicula laxa. *Linn. Spec.* 120. (*Hall.* 1515)
H. ad ripas *Lahnæ*, circa *Dietz*. Floret Julio, Auguſto.
T. VII. f. 1. Panicula *pedalis*, *laxa*. Pedunculi *verticillati*, *numeroſi*, *angulati*, *ſcabri*. Spiculæ *quinqueflora*, *rarius* 4-6 *flora* Calyx *inaequalis*: Valvulis *trinerviis*, *muticis*; exteriore *duplo fere minore*. (a) Cor. Valv. exterior *uninervia*, *ſubulato-mucronata*, *Calyce longior*; (c, C) Valv. interior *triplo brevior*, *plano-concava*, *apice retuſa*. (C*) Semen *villis* (✠) *longitudine corollæ cinctum*. (ſ)

**** *Flores multiflori*, *inſidentes receptaculi elongati dentibus*.

## TRITICUM. G. P. 99.

*Cal.* 2-valvis, ſolitarius, ſubtriflorus. *Flos* obtuſiuſculus, acutus. S. N. 102.

95. Triticum, *repens*, calycibus quadrifloris ſubulatis acuminatis, foliis planis. *Linn.* S. N. 102. *Spec.* 128. (*Hall.* 1426.)
H. in agris & cultis nimis frequens. Floret Julio. *Pharm.* Graminis Radix. Verno tempore colligenda.
T. XII. f. 3. Radix *maxime repens*. Culmus *bipedalis*, *erectus*, *foliatus*, *trinodis*, *lævis*. Folia *latiuſcula*, *plana*, *viridia*, *baſi utrinque membrana aucta*, *ſupra pubeſcentia*. Ligulæ *margo brevis*, *truncatus*. Vaginæ *leves*. Spica *palmaris*. Receptaculum *flexuoſum*, *alternatim hinc convexum*, *inde excavatum*, *ſcabrum*,

Digitized by Google

*ſcabrum, dentibus interceptum.* (V) Spiculæ *tri-ſ. quadriflora, ſeſſiles, latere plano receptaculo obverſa: terminali lateralibus directione contraria.* Calycis Valvulæ *ſubæquales,* (a) 5-*nervia, acuta.* Cor. V. exterior 5-*nervia, punctata, mucronata.* (c) V. interior *plana, marginibus inflexis, ciliatis, apice bifida.* (c. *) Nectaria *ovato-lanceolata.* (I. L) Antheræ *rubra, dein flava.* Semen *diſcedens.* (c. ſ.)

Non amplius dubitandum, quin hujus Radix ſit antiquorum vera GRAMINIS RADIX dulcis, homines pecudesque alens.

## ELYMUS. G. P. 96.

*Cal.* lateralis, 2-valvis, aggregatus, multiflorus. S. N. 100.

96. ELYMUS, *caninus,* ſpica nutante arcta, ſpiculis rectis involucro deſtitutis: infimis geminis. *Linn. Spec.* 124. (*Triticum Hall.* 1426. *var.* β.)

H. ad ſepes paſſim. Floret Julio & ſeq.

Gramen noſtrum paucis notis a Tritico *repente* diverſum, certe ejusdem Varietas eſt conſtans *Perill.* LINNAEUS olim ipſe vocavit: *Triticum calycibus ſubulatis quadrifloris ariſtatis. Spec. Pl.* Edit. I. p. 86. Ob Radices maxime repentes, noſtrum non eſt *Triticum* HALL. 1429.

T. XII. f. 4. II. Radix *præcedentis.* Culmi 4-5-*pedales, erecti, foliati, quadrinodes.* Folia *latiora, glaucescentia, ſupra ſubpubeſcentia, marginibus ſcabrioribus, magis baſi auriculatis.* Spica 5-6-*pollicaris; ob tenuitatem* Receptaculi, *& pondus ſpicularum, maturo ſemine, ultra medium usque nutans.* Spiculæ *majores, oblonga, teretiuſcula, minus diſticha, ariſtata, in* primario dente ſæpe geminæ: (+) Calyx *ideoque duplex* ſ. tetraphyllus, (a. +) *ſubariſtatus.* Flores *præcedentis:* Ariſta *terminalis recta, longitudine gluma ſeu brevior;* Cor. Valv. interior *magis ciliata* (t) Nectaria *baſi hemisphærica.* (L) Antheræ *flava. In reliquis cum* Trit. *repente exacte convenit.*

T. XII.

T.XII. f. 4. I. Hanc Varietatem legi locis incultis *am Homberg*. Radix *multiplex*, *denſa*, *vix repens*. Culmi *aggregati*, *erecti*, *ſtricti*, *orgyales*, *craſſitie inferne digiti minoris*. Folia *latiſſima*, *glauca*, *ſcaberrima*, *nuda*. Spica *fere pedalis*, *pollicis inferne craſſitie*, *ſtricta*, *ſemper erecta*, *nec abſoluta floreſcentia nutans*. Spiculæ *majores*, *approximatæ*, *diſtichæ*, 7-9-*floræ*, *ariſtatæ*: *ſuperiores ſolitariæ*, *inferiores ad ſpicæ medium usque geminæ*, *infimæ ſæpe ternæ*. *In reliquis notis a priore non diverſum. In hortum transplantatum, inſequenti anno in priorem tranſiit, ob Radicem valde repentem vix eradicandum.*

## LOLIUM. G. P. 95.

Cal. 1-phyllus, fixus, multiflorus. S. N. 100.

97. Lolium, *perenne*, ſpica mutica: ſpiculis compreſſis multifloris. *Linn. Spec.* 122. (*Hall.* 1416.)

β. Gramen loliaceum, ſpica lata ex plurimis ſpicis duplici verſu diſpoſitis conſtante. *Scheuchz. Agroſt.* 29. *Hall.* var. γ, l. c.

H. in paſcuis, pratis, ad vias paſſim; β. ad verſuras *in der Aue*, infrequens. Floret æſtate.

T. XII. f. 1. Anglorum verum eſt *Ray-Graß*. Gramen hoc pro ceſpite denſo æqualique aptiſſimum; repetito & junius demeſſum, Bobus optimum præbet pabulum. Radix *multiplex*, *denſa*, *fibroſa*, *perennis*. Culmi *obliqui*, *florentes erecti*, 1 ſ. 2. *pedales*, *foliati*, *trinodes*, *læves*. Folia radicalia *anguſtiſſima*, *plana*, *lævia*; culmea *anguſta*, *plana*, *ſupra ſcabra*. Ligula *truncata*, *multifida*. Vaginæ *læves*. Spica 6-9-*pollicaris*, *plana*, *diſticha*. Receptaculum *flexuoſum læve*: *hinc alternatim convexum*, *inde excavatum*, *dentibus interceptum*. (V) Spiculæ *alternæ*, *compreſſo-planæ*, *diſtichæ*, 7-9-11-*floræ*, *læves*: *vel lanceolatæ*, *calyce longiores*; *vel rhomboideæ*, *longitudine calycis*. Calyx *monophyllus*: (a) (*terminalis ſpiculæ diphyllus*, *ſubæqualis*,) (a*) Gluma *nervoſa*, *mutica*, *lævis*, (a) *Receptaculo excavato*, *alterius Valvulae vicem gerenti*, *oppoſita*. (a. *fig. infer.*) Cor. V. exterior

5-*ner-*

*5-nervia, mutica, calyce minor.* (c.) Nectaria *duo, ovata, obtuſa.* (l. L.) Semen *diſcedens.* (c ſ.)

T. XII. f. 1. ✠. Var. β. Spicæ Receptaculo *differt ramoſo: Ramis ſpicatis*; Spiculis *magis approximatis, 11-13. floris, ad baſin ſinguli rami geminis.*

98. Lolium, *temulentum*, ſpica ariſtata, ſpiculis compreſſis multifloris. *Linn.* S. N. 100. *Spec.* 122. (*Hall.* 1420.)

H. in agris, inter Hordeum nimis frequens. Floret Junio, Julio.

Gramen inter omnia unicum noxium. Semen temulentos vertiginoſosque reddit Homines; magis adhuc in pane calido, potiſſimum in potu cereviſia. Etiam equis, canibus, ſuibus, aliisque animalibus noxium, ſæpe læthale.

T. XII. f. 2. Radix *annua, fibris ſubtomentoſis.* Culmi 2-ſ. 3 *pedales, erecti, firmi, foliati, trinodes, ſcabri.* Folia *lata, plana: pagina ſuperiore ſcabra, inferiore glabra.* Ligula *brevis, ſubcrenulata.* Vaginæ *ſtriata, ſcabra.* Spica *ſemi-ſ. pedalis, plana, diſticha.* Receptaculum *præcedentis, craſſius, firmiusque, ſcabrum.* Spiculæ *alternæ, lineari-oblongæ, compreſſæ, ſcabræ, ariſtatæ; in eodem plano cum culmo, dentibus adfixæ, 5-7-9 floræ.* Calyx *monophyllus,* (a) (*terminalis ſpiculæ diphyllus,*) (a*) *nervoſus, muticus, longitudine ſpiculæ, Receptaculo oppoſitus;* (V. a.) *in ſpiculis inferioribus, ſæpe* ſecunda Calycis Valvula, *multo minor, oblonga, obtuſa, convexa, ſubbifida,* (a. ✠.) *Receptaculi cavitati impreſſa, obſervatur.* (V. a. ✠) Cor. V. exterior *calyce duplo brevior, nervoſa, albido-marginata: ſub apice membranaceo* Ariſtam *exſerens rectam, duplo longiorem.* (c. x.) Nectaria 2, *ovata.* (l. L.) Styli *baſi nudi.* (n. p.) Semen *corolla incluſum, valvulæ interiori adnatum, non diſcedens.* (c. ſ.)

## CYNOSURUS. G. P. 87.

*Cal.* 2-valvis, multiflorus; *Receptaculum* proprium unilaterale, foliaceum, S. N. 95.

99. Cyno-

99. Cynosurus, *criſtatus*, bracteis pinnatifidis. *Linn. Spec.* 105. (*Hall.* 1545.)

H. in pratis paſſim. Floret Junio.

T. VII. f. 4. Radix *perennis*. Culmi 1-ſ. 2-*pedales*, *erecti*, *ſtricti*, *foliati*, *quadrinodes*, *laves*. Folia *anguſta*, *plana*, *utrinque levia*, *vix marginibus ſcabra*. Ligula *brevis*, *tenuis*, *truncata*, *fiſſa*, *margine prominula*. Vaginæ *ſtriata*, *laves*. Spica *compoſita*: *florens ſemiteres*, *ſecunda*, *obtuſa*; *deflorata interrupta*, *mutica*. Rachis *flexuoſa*, (y) *torta*, *lævis*. Pedunculi *breves*, *ſolitarii*, *alterni*, *duplici ſerie unilaterales*; *ſpiculis tribus*, *rarius quinque*, *Bracteisque ſemper tribus inſtructi*. Bracteæ *pennata*, *convexo-plana*, *ſubſeſſiles*: *ex axi ſubflexuoſo*, *&* *pinnulis* 7 ſ. 9, *compoſita*; (b) *Singula per lentem ſpiculam refert diſticham*: *valvulis ſubulatis*, *alternis*, *compreſſis*, *ariſtatis*, *ſcabris*. (B ⨀.) Spiculæ *bi-rarius triflora*, *bracteis minores*. (c. a) Calyx *ſubinaqualis*, *carinatus*, *mucronatus*: (a) Valvula exteriore *baſi ab altera remota*, *ſurſum arcuata*, *magis ſcabra*. (A) Floſculi *ſubariſtati*. (c. C) Nectaria *ovata*, *acuta*. (L.) Antheræ *rubra*, *ſeu violacea*. Styli *baſi nudi*. (o) *Ovibus prabet optimum pabulum.*

# C. TRIGYNIA.

## HOLOSTEUM. G. P. 104.

*Cal.* 5-phyllis. *Petala* 5. *Capſ.* 1-locularis, ſubcylindracea, apice dehiſcens. S. N. 103.

100. Holosteum, *umbellatum*, floribus umbellatis. *Linn. Spec.* 130. (*Alſine. Hall.* 879.)

H. in agris, arvis, & campis ſterilibus paſſim. Floret Majo & ſequ.

Stamina *ſemper tria*, *ſemel tamen quinque numeravi*. Petala *apice tri-rarius bidentata*. Capſula *apice ſexvalvi dehiſcit*, *valvulis revolutis*. Receptaculum *columnare*, Semina *ſcabra filis adfigens*.

## MONTIA. G. P. 101.

*Cal.* 2-phyllis. *Cor.* 1-petala, irregularis. *Capſ.* unilocularis, trivalvis. S. N. 103.

101. Montia, *fontana*, *Linn. Spec.* 129. ( *Hall.* 391.)
H. ſecus rivulos ad *Breitſcheid*, & *Langenaubach*. Floret Majo. ♃

# CLASSIS IV.
# TETRANDRIA.
## A. MONOGYNIA.

* *Flores monopetali, monoſpermi, ſuperi.*
* Aggregati.

### DIPSACUS. G. P. 114.

*Cal. commun.* polyphyllus; *proprius* ſuperus. *Recept.* paleaceum. S. N. 111.

102. Dipsacus, *fullonum*, foliis ſeſſilibus ſerratis. *Linn. Spec.* 140. (*Hall.* 198.)

β. Dipſacus ſativus, ariſtis fructus hamatis. Sauv. *monſp.* 156.

H. α, ad vias, in ſterilibus ſiccis paſſim; β. copioſe apud nos ſeritur, pro uſu Textorum tibialium; unde ſæpe ſpontanea occurrit *am Homberg.* Floret Julio, Auguſto.

β. Paleis *differt multo robuſtioribus hamatis, quæ in α, debiliores, recta ſunt.*

103. Dipsacus, *piloſus*, foliis petiolatis apendiculatis. *Linn. Spec.* 141. (*Hall.* 199.)

H. in ſterilibus *am Dollberg*; in muris pomoerii; ad ſepes *bey denen Sieghauß-Gärten*, rarius. Floret Julio, Auguſto.

Receptaculum *ſubovatum*. Paleæ *lanceolatae. In hoc uti in praecedente*, Stigma *ſaepiſſime bifidum, lobo infimo breviore.*

### SCABIOSA. G. P. 115.

*Cal. communis* polyphyllus; *proprius* duplex, ſuperus. *Recept.* paleaceum ſ. nudum. S. N. 112.

104. Scabiosa, *ſucciſa*, corollulis quadrifidis æqualibus, caule ſimplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis. *Linn.* S. N. 112. *Spec.* 142. (*Succiſa- Hall.* 201.)

H. in pratis ſubhumidis frequens; *Hinter dem Homberg*; *im Güldners Grund*, copioſe. Floret Auguſto.

*Pharm.* Succisae ſ. Morsus Diaboli Radix.

Folia *ſæpe ſubſerrata*. Corollæ *lacinia ſuperior non raro emarginata.* Calyx ſeminis proprius exterior 4-*dentatus*; interior *ſeſſilis quinquefi-*

Digitized by Google

*queſidus, laciniis ſetaceis æqualibus.* Receptaculum *ovatum, paleaceum* : Paleis *lanceolatis.*

105. SCABIOSA, *arvenſis*, corollulis quadrifidis radiantibus, foliis pinnatifidis inciſis, caule hiſpido. *Linn.* S. N 112. *Spec.* 143. ( *Scabioſa. Hall.* 206. )

H. ad verſuras, in pratis ſiccis, ſecus vias frequens. Corollis rubris & cæruleis ludit. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* SCABIOSAE Herba. & Flores.

Receptaculum *villoſum* : *villis 16-20 baſi coalitis, radiantibus, ſinguli ſeminis baſin veſtientibus.* Cal. ſem. proprius exterior 4. *dentatus, breviſſimus*; interior *ſubpedicellatus*, 10-*fidus*, *laciniis* 5, *alternis ſetaceis*, 5, *latioribus.*

## ** *Flores monopetali, monocarpi, inferi.*

## PLANTAGO. G.P. 142.

*Cal.* 4 - fidus. *Cor.* 4 - fida : limbo reflexo. *Stamina* longiſſima. *Capſ.* 2 - locularis, circumſciſſa. S. N. 122.

106. PLANTAGO, *major*, foliis ovatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. *Linn. Spec.* 163. ( *Hall.* 660. )

H. ad vias, in pratis ſiccis; ad verſuras *auf dem Schlüſſel*; *am Roſenvväldgen* copioſe. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* PLANTAGINIS Herba. Radix. Semina.

Spica *teres, gracilis, ſæpe pedalis.* Stamina *floſculo vix duplo longiora.* Capſula *hexaſperma.*

107. PLANTAGO, *media*, foliis ovato-lanceolatis pubeſcentibus, ſpica cylindrica, ſcapo tereti. *Linn. Spec.* 163. ( *Hall.* 659. )

H. in pratis, ad vias publicas paſſim. Floret Majo, Junio. Spica *brevior, denſior, craſſiorque.* Capſula *hexaſperma.*

108. PLANTAGO, *lanceolata*, foliis lanceolatis, ſpica ſubovata nuda, ſcapo angulato. *Linn. Spec.* 164. ( *Hall.* 656. )

H. ad vias, in pratis macilentis nimis frequens. Floret Majo. Spica *ovato-oblonga.* Calyx *inæqualiter 4-fidus.* Capſula *diſperma.* Varietatem hujus ſingularem legi, in agris requietis *am Homberg* : Foliis *ultrapedalibus, ſubdentatis, 5-nerviis*; Scapis *bipedalibus, profunde ſulcatis*; Spicis *palmaribus craſſis, flexuoſis, baſi in duas ſeu tres ſpicas laterales, diviſis.*

## *** *Flores monopetali, monocarpi, ſuperi.*



Digitized by Google

## SANGVISORBA. G. P. 146.

*Cal.* 2-phyllus. *Germen* inter calycem corollamque. S. N. 124.

109. SANGVISORBA, *officinalis*, ſpicis ovatis. *Linn. Spec.* 169. (*Pimpinella-Hall.* 705.)

H. in pratis depreſſis paſſim. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* SANGVISORBAE ſ. PIMPINELLAE ITALICAE Radix.

**** *Flores monopetali, dicocci, ſuperi.* Stellatæ.

## GALIUM. G. P. 125.

*Cor.* 1-petala, plana. *Sem.* 2, ſubrotunda. S. N. 117.

a. *Fructu glabro.*

110. GALIUM, *paluſtre*, foliis quaternis obovatis inæqualibus, caulibus diffuſis. *Linn. Spec.* 153. (*Hall.* 719.)

H. ad rivulos pratorum, in foſſis, *im Judenweyher* copioſe; *An der Mühlbach* frequens. Floret Junio.

Folia caulina *ſemper inæqualia, obtuſiſſima: inferiora ſæpe quina vel ſena; ſuperiora quaterna, floralia bina. Planta exſiccatione nigreſcit.*

111. GALIUM, *montanum*, foliis ſubquaternis linearibus lævibus, caule debili ſcabro, ſeminibus glabris. *Linn. Spec.* 155. (*Hall.* 714.)

H. in ſylvaticis montoſis *am Beilſtein.* Floret Junio. ✠

112. GALIUM, *uliginoſum*, foliis ſenis lanceolatis retrorſum ſerrato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu majoribus. *Linn. Spec.* 153. (*Hall.* 713. & 715?)

H. ad rivulos, locis umbroſis *im Wieſengrund hinter dem Homberg*; & alibi frequens. Floret Junio, Julio.

113. GALIUM, *ſpurium*, foliis ſenis lanceolatis carinatis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis ſimplicibus; fructibus glabris. *Linn. Spec.* 154. (*Hall.* 724.)

H. in agris inter ſegetes *hinter dem Schloß*, frequens; in arenoſis *unter der neuen Brücke*, rarius. Floret Junio.

*Differt* a G. Aparine: Caulibus *vix pedalibus diffuſis*; Geniculis *æqualibus, nudis*; Foliis *inferne ſenis, ſuperne quaternis*; Fructu *glabro, demum rugoſo, fuſco.*

114.

114. Galium, *verum*, foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis brevibus. *Linn. Spec.* 155. (*Hall.* 710.)

H. in arvis, paſcuis, pratis ſiccis, paſſim. Floret Junio.
*Pharm.* Galii lutei Herba, & Flores.

115. Galium, *Mollugo*, foliis octonis ovato-linearibus ſubſerratis patentiſſimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *Linn. Spec.* 155. (*Hall.* 711.)

H. Varietas latifolia, ubique in dumetis & ad ſepes; V. anguſtifolia, in ſylvaticis montoſis *am Homberg*. Floret Junio.

116. Galium, *ſylvaticum*, foliis octonis lævibus ſubtus ſcabris; floralibus binis, pedunculis capillaribus, caule lævi. *Linn. Spec.* 155. (*Hall.* 712.)

H. in ſylvis frequens, *im Mühlnberg* infra pagum *Sinn* copioſe. Floret Junio, Julio.

Caulis *teres*, *ſubtetragonus*, *lævis*, *geniculis incraſſatis*. Folia *ſæpe ſena tantum*, *marginibus*, *non carina ſcabra*. Flores *exigui*, *ante explicationem plures ſimul nutantes*. Corollæ *albæ*, *laciniis latiſſimis*, *acutis*. Stylus *breviſſimus*. Semen *nigrum*, *rugoſum*, *plerumque unicum ad maturitatem pervenit*.

b. *Fructu hiſpido.*

117. Galium, *Aparine*, foliis octonis lanceolatis carinatis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis villoſis, fructibus hiſpidis. *Linn.* S. N. 118. *Spec.* 157. (*Hall.* 723.)

H. ad ſepes, in cultis, inter ſegetes nimis frequens. Floret Majo, Junio.

## ASPERULA. G. P. 121.

*Cor.* 1-petala, infundibuliformis. *Sem.* 2, globoſa. S. N. 116.

118. Asperula, *odorata*, foliis octonis lanceolatis, florum faſciculis pedunculatis. *Linn. Spec.* 150. (*Hall.* 728.)

H. in ſylvis, & nemoribus frequens. Floret Majo.
*Pharm.* Matrisylvæ, ſ. Hepaticæ Stellatæ Herba.

## SHERARDIA. G. P. 120.

*Cor.* 1-petala, infundibuliformis. *Sem.* 2, tridentata. S. N. 116.



Digitized by Google

119. Sherardia, *arvenſis*, foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. *Linn. Spec.* 149. (*Hall.* 734.)

H. in agris paſſim, in arvis *auf dem Schießplatz* copioſe. Floret Junio, Julio.

Calyx *ſex-* (*nec* 4.) *dentatus, uti fructus.* Semina *unilocularia.*

*****. *Flores tetrapetali, ſuperi.*

CORNUS. G. P. 149

*Involucrum* 4-phyllum ſæpius. *Petala* ſupera 4. *Drupa* nucleo biloculari. S. N. 124.

120. Cornus, *ſanguinea*, arborea, cymis nudis, ramis rectis. *Linn.* S. N. 125. *Spec.* 171. (*Hall.* 816.)

H. in ſepibus, dumetis, & ſylvis vulgaris. Floret Majo.

****** *Flores incompleti, inferi.*

ALCHEMILLA. G. P. 165.

*Cal.* 8-fidus. *Cor.* 0. *Sem.* 1. S. N. 129.

121. Alchemilla, *vulgaris*, foliis lobatis. *Linn. Spec.* 178. (*Hall.* 1566.)

H. in pratis & pomariis, ubique vulgaris. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* Alchemillæ Herba. Radix.

122. Alchemilla, *Aphanes*, hirſuta, foliis trilobatis, lobis tripartitis & bipartitis.. *Hall.* 1569. *Aphanes arvenſis. Linn. Spec.* 179.

H. in agris & arvis arenoſis, *auf dem Dollberg*, & alibi frequens. Floret Junio. Julio.

Floris *ſtructura omnibus partibus* Alchemillæ *ſimillima*: Calyx *certe octo-fidus*: (*quadrifidus* Syst. Nath. III. 236.) *Laciniæ alternæ quatuor licet minutiſſimae, ſemper tamen imprimis explicato flore, præſentes; Setæ 6, in laciniis maioribus, duplo pauciores, in minoribus.* Stylus *unicus.* Semen *unicum, nunquam duo, centies repetita fructus anatome numeravi.*

## B. DIGYNIA.

CUSCUTA. G. P. 170.

*Cal.* 4-ſ. 5-fidus. *Cor.* 1-petala, 4-ſ. 5-fida. *Capſ.* 2-locularis. S. N. 129.

123. Cuscuta, *europæa*, floribus ſeſſilibus. *Linn. Spec.* 180. (*Hall.* 654.)

*α.* Cu-

*α*. Cuſcuta major. *Bauh. Pin.* 219. (funiformis.)

*β*. Epithymum ſ. Cuſcuta minor. *Bauh. Pin.* 219. (filiformis.)

H. *α*, in ſepibus *unter der neuen Brücke* & alibi frequens.

*β*, locis gramineis, inter Feſtucam decumbentem, *hinter dem Homberg*, copioſe. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* *α*, Cuscutae, *β*, Epithymi, Herba.

Caulis *filiformis*, (*β capillaris*,) *tertragonus*, *tortus*, *dextrorſum volubilis*, *ſubramoſus*, *peraſiticus*; Radiculas *papillares*, *ſubſecuriformes*, *ex internodiis emittens*, *quibus plantis adfigitur*, & *nutrimentum viresque ex iis haurit*; *demum ad terram perit evaneſcitque*. Folia *nulla*. Squamula *unica ovato-acuta*, *ſub ſingulo glomere florum*; *ubi ſæpe ramum educit*. Calyx & Corolla 4. ſ. 5. *fida*. Stamina 4. ſ. 5. Nectaria *in primariis floribus fere nulla*, *in ſerioribus ſemibifida*: *laciniis iterum bifidis*, *incurvis*. Capſulas *ſæpe tri-etiam tetraſpermas vidi*.

# C. TETRAGYNIA.

## ILEX. G. P. 172.

*Cal.* 4-dentatus. *Cor.* rotata. *Stylus* o. *Bacca* 4-ſperma. S. N. 130.

124. Ilex, *Aquifolium*, foliis ovatis acutis ſpinoſis. *Linn. Spec.* 181. (*Aquifolium*- *Hall.* 667.)

H. in ſylvis, *im Eiſenrother Wald*, rarius. Flores nondum ſufficienter examinare licuit. Floret Majo.

## SAGINA. G. P. 176.

*Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Capſ.* 1-locularis, 4-valvis, polyſperma. S. N. 131.

125. Sagina, *procumbens*, ramis procumbentibus. *Linn.* S. N. 131. *Spec.* 185. (*Alſine* - *Hall.* 861.)

H. in agris & arvis paſſim; ſecus rivulos pratorum *hinter dem Homberg* copioſe. Floret tota fere æſtate.

## POTAMOGETON. G. P. 174.

*Cal.* o. *Cor.* 4-petala. *Stylus* o. *Sem.* 4. S. N. 130.

126. POTAMOGETON, *natans*, foliis oblongo-ovatis petiolatis natantibus. *Linn. Spec.* 182. (*Hall.* 843.)

H. in ſtagnis verſus *Burgk* rarius; in piſcinis ad *Driedorff*, alibique frequens. Floret Junio.

127. POTAMOGETON, *criſpum*, foliis lanceolatis alternis undulatis ſerratis. *Linn. Spec.* 183. (*Hall.* 848.)

H. in foſſis, ſtagnis, & rivulis, paſſim. Floret Majo.

128. POTAMOGETON, *compreſſum*, foliis linearibus obtuſis, caule compreſſo. *Linn. Spec.* 183. (*Hall.* 851.)

H. in foſſis, *im Waſſergraben auf der Herren Wieſe*, verſus *Burgk*, copioſe. Floret Junio.

129. POTAMOGETON, *puſillum*, foliis linearibus oppoſitis alterniſque diſtinctis: baſi patentibus, caule tereti *Linn.* 181? (*Hall.* 852.)

H. in ſtagnis, *unter der neuen Brücke*, *auch bey der untern Walckmühle*, rarius. Floret Junio.

Caulis *craſſitie fili*, *teres*. Folia *vix pollicaria*: *inferiora oppoſita*, *ſuperiora alterna*. Stipulæ *oblonga*, *obtuſiſſima*, *apice ſubſerrulata*. Pedunculi *pollicares*, *teretes*, *caule fere craſſiores*. Spicæ *pauci-*(3-4.) *flora*. Flores *exigui*. Semina *gibba*, *obtuſa*.

## CLASSIS V.

# PENTANDRIA.

## A. MONOGYNIA.

* *Flores monopetali, inferi, tetraſpermi.* Aſperifoliæ.

### ECHIUM. G P. 191.

Cor. irregularis, fauce nuda. S. N. 148.

130. ECHIUM, *vulgare*, caule tuberculato-hiſpido, foliis caulinis lanceolatis hiſpidis, floribus ſpicatis lateralibus. *Linn. Spec.* 200. (*Hall.* 603.)

H. ad vias; in ruderatis, muris vetuſtis, paſſim. Floret Junio, Julio.

### PULMONARIA, G. P. 184.

*Cor.* infundibuliformis, fauce pervia, nuda. *Cal.* priſmatico-5-gonus. S. N. 146.



Digitized by Google

131. Pulmonaria, *officinalis*, foliis radicalibus ovato-cordatis ſcabris. *Linn. Spec.* 194. (*Hall.* 597.)

H. foliis maculatis, ad ſepes & in dumetis, *am Homberg*; *am Sieghauß*; foliis non maculatis, *auf dem Weſtervvald*. Floret Aprili, Majo.

## LITHOSPERMUM. G. P. 181.

*Cor.* infundibuliformis, fauce perforata, nuda. *Cal.* 5-partitus. S. N. 145.

132. Lithospermum, *officinale*, ſeminibus lævibus, corollis calycem vix ſuperantibus, foliis lanceolatis. *Linn. Spec.* 189. (*Hall.* 595.)

H. in hortis variis; a nonnullis ſeritur pro ſuccedaneo Theæ, hinc quaſi indigena facta, *auf dem Hinterſand*, rarius. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* Milii Solis, Semina.

133. Lithospermum, *arvenſe*, ſeminibus rugoſis, corollis vix calycem ſuperantibus. *Linn. Spec.* 190. (*Heliotropium* - *Hall.* 594.)

H. in agris inter ſegetes *hinter dem Schloß*; in ruderatis & cultis *auf dem Hinterſand*, frequens. Floret Majo, Junio.

## SYMPHYTUM. G. P. 185.

*Corollæ* limbus tubulato-ventricoſus: fauce clauſa radiis ſubulatis. S. N. 147.

134. Symphytum, *officinale*, foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. *Linn. Spec.* 195. (*Hall.* 600.)

H. ad foſſas, & ripas *Dillæ*, frequens. Varietas corollis purpureis apud nos vulgatiſſima eſt. Floret Majo, Junio.

*Pharm.* Consolidae Maioris ſ. Symphyti, Radix Folia.

## BORAGO. G. P. 188.

*Corolla* rotata: fauce radiis clauſa. S. N. 147.

135. Borago, *officinalis*, foliis omnibus alternis, calycibus patentibus. *Linn Spec.* 197. (*Hall.* 607.)

H. in cultis, & rejectamentis hortorum non infrequens. Exotica Planta indigena facta. Floret Junio.

*Pharm.* Boraginis Herba. Flores.

## LYCOPSIS. G. P. 190.

*Corollæ* tubus incurvatus. S. N. 148.

136. Lycopsis, *arvenſis*, foliis lanceolatis hiſpidis, caly-



Digitized by Google

calycibus floreſcentibus erectis. *Linn. Spec.* 199. (*Hall.* 605.)

H. in agris inter ſegetes; in cultis & arvis *auf dem Schieſsplatz*, frequens. Floret æſtate.

## CYNOGLOSSUM. G. P. 183.

*Cor.* infundibuliformis, fauce clauſa fornicibus. *Semina* depreſſa, interiore tantum latere ſtylo affixa. S. N. 146.

137. Cynoglossum, *officinale*, ſtaminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis tomentoſis ſeſſilibus. *Linn. Spec.* 192. (*Hall.* 587.)

H. in ruderatis, *auf dem Hinterſand*; ad muros urbis, *bey dem Thurm*; ad viam publicam *oberhalb Burgk*, copioſe. Floret Majo, & ſequ.

*Pharm.* Cynoglossi Radix, Herba.

## MYOSOTIS. G. P. 180.

*Cor.* hypocrateriformis, 5-fida, emarginata: fauce clauſa fornicibus. S. N. 144.

138. Myosotis, *ſcorpioides*, ſeminibus nudis, foliorum apicibus calloſis. *Linn. Spec.* 188.

α. Myoſotis, *arvenſis*, foliis hirſutis. *Linn.* Hort. *Cliff.* 46. (Scorpiurus *Hall.* 590.)

β. Myoſotis, *paluſtris*, foliis glabris. *Linn.* Hort. *Cliff.* 46. (Scorpiurus *Hall.* 591.)

H. α. in arvis, agris, ruderatis, ad vias; var β. ad rivulos, in pratis humidis; Corollis cœruleis, albis, & carneis ludit. Floret æſtate.

Var. α. Radix *fibroſa, annua.* Caulis *ramoſus.* Folia *hirſuta.* Calyx *profundius 5-fidus, maturo ſemine clauſus. Pecora plantam intactam relinquunt.*

Var. β. Radix *repens, perennis.* Caulis *ſubramoſus.* Folia *glabra.* Calyx *maturo ſemine patulus. Ovibus noxia, ſæpe lethalis.*

** *Flores monopetali, inferi, angioſpermi.*

## ANAGALLIS. G. P. 206.

*Cor.* rotata. *Capſ.* circumſciſſa. S. N. 153.

139. Anagallis, *arvenſis*, foliis indiviſis, caule procumbente. *Linn. Spec.* 211.

α. Anagallis phœniceo flore. *Bauh. Pin.* 252. (*Hall.* 625.)

β. Ana-

Digitized by Google

β. Anagallis cœruleo flore. *Bauh. Pin.* 252. (*Hall.* 626.)

H. in agris, arvis, & cultis ubique. Var. β. in agris *am Homberg*, vulgaris. Floret æſtate.

*Pharm.* α, Anagallidis (flore phœniceo) Herba.

Var. β. in hortum introducta, faciem, & corollæ pulcherrimum colorem, per plures annos non mutavit. Folia anguſtiora, longiora, ſæpe terna, quaterna. In α & β, Corolla crenulata.

α. Ad Inſaniam, Maniamque valere, dicitur; & in ipſa Hydrophobia a nuperis laudatur. Utinam verum, non dubium eſſet ſpecificum!

## LYSIMACHIA. G. P. 205.

*Cor.* rotata. *Capſ.* globoſa, mucronata, 10-valvis. S. N. 152.

140. Lysimachia, *vulgaris*, paniculata: racemis terminalibus. *Linn. Spec.* 209 (*Hall.* 630.)

H. ad ripas *Dillae* frequens. Floret Julio, Auguſto.

Filamenta *baſi coalita, altitudine inaequalia*. Folia *ſaepe terna, quaterna*.

141. Lysimachia, *nemorum*, foliis ovatis acutis, floribus ſolitariis, caule procumbente. *Linn. Spec.* 211. (*Hall.* 628.)

H. in ſylvis, *im Hirſchberg* frequens. Floret Junio, Julio.

142. Lysimachia, *Nummularia*, foliis ſubcordatis, floribus ſolitariis, caule repente. *Linn. Spec.* 211. (*Hall.* 629.)

H. locis humidis depreſſis umbroſis, ad ſcrobes paſſim. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* Nummulariæ Herba.

## PRIMULA. G. P. 197.

*Involucrum* umbellulæ. *Corollæ* tubus cylindricus: ore patulo. S. N. 150.

143. Primula, *veris*, foliis dentatis rugoſis. *Linn. Spec.* 204.

α Primula *officinalis*, limbo corollarum concavo. *Linn. Spec.* 204. (*Hall.* 610.)

β. Primula *elatior*, limbo corollarum plano. *Linn. Spec.* 204. (*Hall.* 609.)

H. α. in pratis & pomariis, copioſe; in ſylvaticis montoſis: ſcapo altiore, multifloro; var β. Corollis pallidioribus, inodoris, in pratis ſiccis *bey Langenaubach*, frequens. Floret Aprili, Majo.

*Pharm.*

*Pharm.* α, PARALYSEOS, ſ. PRIMULAE VERIS Radix, Flores.

## MENYANTHES. G.P. 202.

*Cor.* hirſuta. *Stigma* 2-fidum. *Capſ.* 1-locularis. S.N. 152.

144. MENYANTHES, *trifoliata*, foliis ternatis. *Linn. Spec.* 208. (*Hall.* 633.)

H. in pratis uliginóſis, infra pagum *Sinn*, copioſe. Floret Majo, Junio.

*Pharm.* TRIFOLII FIBRINI ſ. AQVATICI. Radix. Herba.

## CONVOLVULUS. G. P. 215.

*Cor.* campanulata, plicata. *Stigm.* 2. *Capſ.* 2-locularis: loculis diſpermis. S.N. 155.

145. CONVOLVULUS, *arvenſis*, foliis ſagittatis utrinque acutis, pedunculis ſubunifloris. *Linn.* S.N. 155. *Spec.* 218. (*Hall.* 664.)

H. in agris, arvis & cultis ubique frequens. Floret Junio & ſeq.

Pedunculus *tetragonus, infra florem teres, ſæpe biflorus. Fructus nutans.*

146. CONVOLVULUS, *ſepium*, foliis ſagittatis poſtice truncatis, pedunculis tetragonis unifloris. *Linn. Spec.* 218. (*Hall.* 663.)

H. in ſepibus frequens. Floret Julio, Auguſto.

Capſulæ *diſſepimentum utrinque laterale, dimidiatum.*

## DATURA. G. P. 246.

*Cor.* infundibuliformis, plicata. *Cal.* tubuloſus, angulatus, deciduus. *Capſ.* 4-valvis. S. N. 170.

147. DATURA, *Stramonium*, pericarpiis ſpinoſis erectis ovatis, foliis ovatis glabris. *Linn. Spec.* 255. (*Stramonium*-*Hall.* 586.)

H. in cultis oleraceis paſſim. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* DATURAE ſ. STRAMONII. Herba. Semina.

## HYOSCYAMUS. G. P. 247.

*Cor.* infundibuliformis, obtuſa. *Stam.* inclinata. *Capſ.* operculata, 2-locularis. S.N. 170.

148.

148. HYOSCYAMUS, *niger*, foliis amplexicaulibus ſinuatis, floribus ſeſſilibus. *Linn. Spec.* 257. (*Hall.* 580.)

H. ſecus vias, in ruderatis, *auf dem Hinterſand*, copioſe. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* HYOSCYAMI Herba. Semina.

## VERBASCUM. G. P. 245.

*Cor.* rotata, ſubinæqualis. *Capſ.* 2-locularis, 2-valvis. S. N. 169.

149. VERBASCUM, *Thapſus*, foliis decurrentibus utrinque tomentoſis, caule ſimplici. *Linn.* S. N. 169. *Spec.* 252. (*Hall.* 581.)

H. in ſterilibus glareoſis *am Dollberg*; *Rehberg*; & alibi frequens. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* VERBASCI Radix, Herba, Flores.

Filamenta *duo inferiora reliquis longiora, nuda, tria ſuperiora albido-villoſa.*

Corollarum Infuſum gratum & præſtantiſſimum reſolvens; in morbis pectoris, Phthiſi, Tuſſi ſicca & humida, ſub nomine BOUILLON BLANC, optimo cum ſucceſſu, eo utuntur Galli.

150. VERBASCUM, *Lychnitis*, foliis cuneiformi-oblongis. *Linn. Spec.* 253. (*Hall.* 583.)

H. in ſterilibus ſiccis, vulgaris; Corollis albidis minoribus. *auf der Höhle.* Floret Julio & ſequ.

151. VERBASCUM, *nigrum*, foliis cordato-oblongis petiolatis. *Linn.* S. N. 169. *Spec.* 253. (*Hall.* 584.)

H. in ruderatis, ſecus vias ubique. Floret Julio & ſeq.

Filamenta *uti in præcedente æqualia, omnia villoſa, in hoc purpurea.*

## VINCA. G. P. 295.

Contorta. *Folliculi* 2, erecti. *Semina* nuda. S. N. 189.

152. VINCA, *minor*, caulibus procumbentibus, foliis lanceolato-ovatis, floribus pedunculatis. *Linn. Spec.* 304. (*Pervinca. Hall.* 572.)

H. ad ſepes, *am Heiligenſloß*; *am Dollberg*, vulgaris. Floret Aprili, Majo.

*Pharm.* VINCÆ PERVINCÆ Herba.

Caules *repentes.* Rami *adſcendentes, ſimplices, uniflori*; Antheræ *apice barbatæ.* Folliculi *diſpermi, ſemper in noſtrate.*

SOLA-

Digitized by Google

## SOLANUM. G. P. 251.

*Cor.* rotata. *Antheræ* ſubcoalitæ, apice poro gemino dehiſcentes. *Bacca* 2 - locularis. S. N. 172.

153. Solanum, *Dulcamara*, caule inermi fruteſcente flexuoſo, foliis ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis. *Linn. Spec.* 264. (*Hall.* 575.)

H. ad foſſas, & ripas *Dilla*; *an der Mühlbach*, vulgaris. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* Dulcamaræ Radix cum ſtipitibus.

Radix & caulium pars inferior inter ſanguinem purificantia efficaciſſima. Sarsaparillae americanæ, qua facile carere poſſemus, præſtantiſſimum ſuccedaneum europæum.

154. Solanum, *nigrum*, caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato - angulatis, racemis diſtichis nutantibus. *Linn.* S.N. 173. *Spec.* 266. (*Hall.* 576.)

H. ſecus vias, in cultis, ubique vulgaris. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* Solani nigri Herba.

## ATROPA. G. P. 249.

*Cor.* campanulata. *Stamina* diſtantia. *Bacca* globoſa, 2 - locularis. S N. 171.

155. Atropa, *Belladonna*, caule herbaceo, foliis ovatis integris. *Linn. Spec.* 260. (*Belladonna. Hall.* 579.)

H. in ſylvis *in der Hörre*; *im Hirſchberg*; *im Thiergarten*, copioſe Floret Junio, Julio.

*Pharm.* Belladonnae Herba.

### *** *Flores monopetali, ſuperi.*

## PHYTEUMA. G. P. 220.

*Cor.* rotata, 5 - partita: laciniis linearibus. *Stigma* 2 - ſ. 3 - fidum. *Capſ.* 2 - ſ. 3 - locularis, infera, perforata. S. N. 162.

156. Phyteuma, *ſpicata*, ſpica oblonga, capſulis bilocularibus, foliis radicalibus cordatis. *Linn. Spec.* 242. (*Rapunculus - Hall.* 684.)

H. in pratis ſylvaticis, *am Hirſchberg*; *auf der Rehe*; in pomariis, *in der untern Pitze*. Corollis albis, purpureiſque variat. Floret Majo.

Val-

Valvulæ 5, *conniventes, Receptaculum tegentes, apice in* Filamenta *deſinentes, uti in* Campanula. Stigma *ſæpius* 2 - *quam* 3-*fidum*.

## CAMPANULA. G. P. 218.

*Cor*. campanulata, fundo clauſo, valvis ſtaminiferis. *Stigma* 3-fidum. *Capſ*. infera, poris lateralibus dehiſcens. S. N. 159.

a. *Foliis lævioribus anguſtioribus*.

157. CAMPANULA, *rotundifolia*, foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. *Linn. Spec*. 232.

α. Caule unifloro. *Hall*. 700.
β. Caule multifloro. *Hall*. 701.

H. α. in collibus ſiccis *am Stützelberg*; β. in muris & arvis, paſſim. Floret æſtate.

158. CAMPANULA, *Rapunculus*, foliis undulatis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata. *Linn. Spec*. 232. (*Hall*. 699.)

H. in arvis & pratis ſylvaticis, *am Homberg*; & alibi frequens. Floret Junio, Julio.

Radices *cum primariis foliis, a noſtratibus primo vere in acetaria*, Rapunzeln *dicta, recipiuntur*.

159. CAMPANULA, *perſicifolia*, foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus ſubſerratis ſeſſilibus remotis. *Linn. Spec*. 232. (*Hall*. 697.)

H. in ſylvarum aſperis *am Homberg*; *Dollberg*; *im Beilſtein* frequens. Floret Julio.

b. *Foliis ſcabris latioribus*.

160. CAMPANULA, *latifolia*, foliis ovato-lanceolatis, caule ſimpliciſſimo tereti, floribus ſolitariis pedunculatis, fructibus cernuis. *Linn. Spec*. 233. (*Hall*. 691.)

H. in ſylvaticis montoſis, ad ſepes, *bey Langenaubach*; & *Erbach*. Floret Julio.

161. CAMPANULA, *rapunculoides*, foliis cordato-lanceolatis, caule ramoſo, floribus ſecundis ſparſis, calycibus reflexis. *Linn. Spec*. 234. (*Hall*. 692.)

H. ad verſuras, *am Homberg*; *Dollberg*, rarius; ad viam publicam *am Beilſtein* copioſe. Floret Julio & ſequ.

162.

162. Campanula, *Trachelium*, caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. *Linn. Spec.* 235. (*Hall.* 690.)

H. in ſylvis, *am Homberg*, rarius; *am Rehberg*; in nemoroſis circa *Erbach*, frequens. Floret Julio, Auguſto.

163. Campanula, *glomerata*, caule angulato ſimplici, floribus ſeſſilibus, capitulo terminali. *Linn. Spec.* 235. (*Hall.* 685.)

H. ad ſepes *im Roſenvvâldgen*, rarius. Floret Junio, Julio.

## LONICERA. G. P. 233.

Cor. 1-petala, irregularis. *Bacca* polyſperma, 2-locularis, infera. S. N. 165.

164. Lonicera, *Periclymenum*, capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus diſtinctis. *Linn. Spec.* 247. (*Caprifolium. Hall.* 673)

H. in dumetis ad pagos *Schönbach* & *Frohnhauſen*. Floret Junio.

165. Lonicera, *xyloſteum*, pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, foliis integerrimis pubeſcentibus. *Linn. Spec.* 248. (*Caprifolium. Hall.* 677.)

H. in ſepibus, & dumetis, *in der Callenbach*, & alibi frequens. Floret Majo.

**** *Flores pentapetali, inferi.*

## RHAMNUS. G. P. 265.

Cal. tubuloſus: ſquamis ſtamina munientibus. *Cor.* nulla. *Bacca* rotunda. S. N 178.

166. Rhamnus, *catharcticus*, ſpinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ovatis, caule erecto. *Linn. Spec.* 279. (*Hall.* 824.)

H. in ſepibus *hinter dem Schloſs*: Mas cum Femina. Floret Majo.

Maris Flores Germine *imperfecto*: Feminæ *ſquamis duplo minoribus*, Antheriſque *polline deſtitutis*, *inſtructi ſunt*. Stigma *4fidum*. Bacca *4-locularis*, *4-ſperma*.

*Pharm.* Spinae cervinae Baccæ.

167. Rhamnus, *Frangula*, inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. *Linn. Spec.* 280. (*Hall.* 821.)

H. in ſylvis *am Homberg*; *im Beilſtein*. Floret Majo, Junio.

Bacca

Bacca 2-*locularis*: Semina 2, *rarius* 3.
*Pharm.* Frangulæ Cortex.

## EVONYMUS. G. P. 271.

*Cor.* 5-petala. *Capſ.* 5-gona, 5-locularis, 5-valvis, colorata. *Sem.* calyptrata. S. N. 181.

168. Evonymus, *europæus*, (*tenuifolius*,) floribus plerisque quadrifidis. *Linn. Spec.* 286. (*Hall.* 829.)

H. ad ſepes *am Dollberg*, alibique vulgaris. Floret Majo. Flores *pentapetali in noſtrate rariſſimi.*

***** *Flores pentapetali, ſuperi.*

## RIBES. G. P. 281.

*Cor.* 5-petala. *Stamina* calyci inſerta. *Stylus* bifidus. *Bacca* polyſperma, infera. S. N. 184.

a. Ribeſia *inermia.*

169. Ribes, *rubrum*, inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiuſculis. *Linn. Spec.* 290. (*Hall.* 818.)

H. in ſepibus interhortenſibus vulgaris. Floret Aprili, Majo.

Stylus *bipartitus*, *reflexus.* Petala *bifida.*

*Pharm.* Ribium rubrorum Baccæ.

170. Ribes, *nigrum*, inerme, racemis piloſis, floribus oblongis. *Linn. Spec.* 291 (*Hall.* 819.)

H. in ſepibus interhortenſibus, *über der neuen Brücke.* Floret Majo.

Petala *obtuſa.* Stylus *ſimplex*, *vix ſulco ſemidiviſus.* Stigma *bifidum.*

Hoc & præcedens, alias non ſpontanea, nonnunquam vero occurrunt, forte ab aviculis diſſeminata, in truncis arborum emortuis *im Beilſtein.*

171. Ribes, *alpinum*, inerme, racemis erectis: bracteis flore longioribus. *Linn. Spec.* 291. (*Hall.* 817.)

H. Frutex in noſtra regione conſtanter dioicus: *Mas* in dumetis & ſepibus paſſim; *Femina* circa pagum *Beilſtein* tantum, cum mare, rarius. Floret Martio, Aprili.

Maris Glandulæ *petiolares hyalinæ.* Racemi *multiflori.* Bracteæ *longitudine florum.* Flores *approximati*, *planiuſculi.* Calyx *patens.* Petala *flaveſcentia.* Antheræ *polliniferæ.* Germen *nullum*

*nullum, vix rudimentum calyce concretum.* Stylus *erectus, brevis.* Stigmata *emarcida.* Fructus *nullus.*

Feminæ Glandulæ *petiolares purpurea.* Racemi 3-4-5-*flori.* Bracteæ *floribus longiores.* Flores *remoti, oblongi.* Calyx *reflexus.* Petala *rubra.* Antheræ *polline destituta.* Germen *corolla fere majus.* Stylus *ſemibifidus, ſtaminibus longior.* Stigmata *ſubgloboſa, reflexa.* Baccæ *erecta, pentaſperma, rubra, inſipida.*

b. Groſſulariæ *aculeatæ.*

172. Ribes, *Groſſularia*, ramis aculeatis, petiolorum ciliis piloſis, baccis hirſutis *Linn. Spec.* 291?

H. in pomariis & ſepibus interhortenſibus *auf der Schafdille* rarius. Floret Aprili.

Rami *cortice lævi, aculeati: aculeis deciduis.* Petiolorum *pili villoſi, fere pennati, non dehiſcenti Gemma capitati.* Flos *unicus, rariſſime geminus, nutans.* Bractea *tripartita,* R. uvæ criſpæ *duplo major.* Bacca *magna, pubeſcens, rubra.* An R. *reclinati* varietas?

173. Ribes, *Uva criſpa*, ramis aculeatis, baccis glabris, pedicellis bractea monophylla. *Linn. Spec.* 292. (*Hall.* 820.)

H. ad ſepes paſſim; in ſylvis *am Beilſtein,* & *Homberg* frequens. Floret Aprili.

## HEDERA. G. P. 283.

*Petala* 5, oblonga. *Bacca* 5-ſperma, calyce cincta. S. N. 184.

174. Hedera, *Helix*, foliis ovatis lobatisque. *Linn. Spec.* 292. (*Hall.* 826.)

H. Junior ſterilis, Foliis ætate varians, in ſylvis *am Homberg; im Beilſtein;* & alibi frequens; Arbor fructificans, ad murum Urbis *vor dem Schloſspförtgen.* Floret Septembri. Fructus ſubſequenti Aprili matureſcunt.

*Pharm.* Hederæ arboreæ Folia, Baccæ, Gummi.

# B. DIGYNIA.

### * *Flores monopetali, inferi.*

## ASCLEPIAS. G. P. 306.

Contorta. *Nectaria* 5, ovata, concava, corniculum exſerentia. S. N. 193.

175. Asclepias, *Vincetoxicum*, foliis ovatis baſi barbatis, caule erecto, umbellis proliferis. *Linn. Spec.* 314. (*Hall.* 571.)

H. In

H in ſylvaticis montoſis *am Homberg*; *in der Callenbach*; *auf der Steinſeite* copioſe. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* VINCETOXICI ſ. HIRUNDINARIÆ Radix.

## GENTIANA. G. P. 322.

*Cor.* 1-petala. *Capſ.* 2-valvis, 1-locularis: *Receptaculis* 2, longitudinalibus. S. N. 199.

176. GENTIANA, *verna*, corolla quinquefida infundibuliformi caulem excedente, foliis radicalibus confertis majoribus. *Linn. Spec.* 331. (*Hall.* 644.)

H. in pratis verſus *Burgk.* & *Hirſchberg.* Floret Majo. ✠

177. GENTIANA, *Centaurium*, corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo, piſtillo ſimplici. *Linn.* S. N. 200. *Spec.* 332. (*Hall.* 648.)

*β.* Gentiana corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule breviſſimo ramoſiſſimo. GERARD. *Prov.* 311.

H. *α*, in montoſis ſylvaticis *am Homberg*; *Dollberg*; *hinter dem Beilſtein*, alibique vulgaris; *β. auf dem Sãuvviesgen* rarius. Floret Julio. Auguſto.

Antheræ ſparſo polline, ſpiraliter tortæ.

*Pharm. α*, CENTAURII MINORIS Herba cum Floribus.

178 GENTIANA, *Amarella*, corollis quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis. *Linn. Spec.* 334. (*Hall.* 650.)

H. in pratis montoſis *am Beilſtein*, *vix digitalis*; in juniperetis *auf dem Rehberg & Homberg*, *fere bipedalis*, *ramoſiſſima.* Floret Septembri.

Calyx *inæqualis.* Corollæ *faux ſquamis quinque triangularibus*, *conniventibus*, *longiſſime ciliatis*, *clauſa.*

179. GENTIANA, *cruciata*, corollis quadrifidis imberbibus, floribus verticillatis ſeſſilibus. *Linn. Spec.* 334. (*Hall.* 643.)

H. in ſterilibus montoſis *am Beilſtein* rarius. Floret Julio, Auguſto.

Denticuli *Corollæ laciniis interjecti bifidi*, *interne decurrentes.* Stigmata *revoluta.*

### ** *Flores incompleti.*

## CHENOPODIUM. G. P. 309.

*Cal.* 5-phyllus, 5-gonus. *Cor.* 0. *Sem.* 1, lenticulare, ſuperum. S. N. 194.

a. *Foliis angulosis.*

180. CHENOPODIUM, *Bonus Henricus*, foliis triangulari-ſagittatis integerrimis, ſpicis compoſitis aphyllis axillaribus. *Linn.* S. N. 194. *Spec.* 318. (*Hall.* 1578.)

H. ad vias, juxta parietes, ad pagos frequens. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* BONI HENRICI Herba.

181. CHENOPODIUM, *rubrum*, foliis cordato-triangularibus obtuſiuſculis dentatis, racemis erectis compoſitis ſubfolioſis, caule brevioribus. *Linn.* S. N. 195. *Spec.* 318. (*Hall.* 1583.)

H. in ruderatis, & cultis paſſim. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* ATRIPLICIS SYLVESTRIS Herba.

182. CHENOPODIUM, *album*, foliis rhomboideo-triangularibus eroſis poſtice integris: ſummis oblongis, racemis erectis. *Linn. Spec.* 319. (*Hall.* 1579.)

H. in hortis & cultis *auf dem Hinterſand*, alibique frequens. Floret Julio.

183. CHENOPODIUM, *viride*, foliis rhomboideis dentato-ſinuatis, racemis ramoſis ſubfoliatis. *Linn. Spec.* 319. (*Hall.* 1580.)

H. in cultis *in der Pitze*; *auf dem Schieſsplatz* copioſe. Floret Julio, Auguſto.

184. CHENOPODIUM, *hybridum*, foliis cordatis angulato-acuminatis, racemis ramoſis nudis. *Linn. Spec.* 319. (*Hall.* 1581.)

H. in ſterilibus & cultis paſſim. Floret Julio, Auguſto.

185. CHENOPODIUM, *glaucum*, foliis ovato-oblongis repandis, racemis nudis ſimplicibus glomeratis. *Linn. Spec.* 320. (*Hall.* 1584.)

H. in agris *am Dollberg*, & *Homberg*; *auf dem Hinterſand* rarius. Floret Auguſto.

186. CHENOPODIUM, *urbicum*, foliis triangularibus ſubdentatis, racemis confertis ſtrictiſſimis cauli approximatis longiſſimis. *Linn. Spec.* 318.

H. in cultis oleraceis *in der untern Pitze*; *auf dem Schlüſſel* rarius. Floret Julio, Auguſto. ✠

b. *Foliis*

b. *Foliis integris.*

187. CHENOPODIUM, *Vulvaria*, foliis integerrimis rhomboideo-ovatis, floribus conglomeratis axillaribus. *Linn. Spec.* 321. (*Hall.* 1577.)

H. unico in loco *im breiten Fahrvveg*, *vor dem untern Thor.* Floret Julio.

*Pharm.* VULVARIAE Herba.

188. CHENOPODIUM, *polyſpermum*, foliis integerrimis ovatis, caule decumbente, cymis dichotomis aphyllis axillaribus. *Linn. Spec.* 321. (*Hall.* 1576.)

H. in cultis & hortis *vor dem untern Thor*; *auf dem Schieſsplatz*; *an der Mühlbach* frequens. Floret Junio, Julio.

Racemi *florentes ramoſi, ſpicati*; *fructiferentes cymoſi*, *dichotomi.*

## HERNIARIA. G. P. 308.

*Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Stamina* 5 ſterilia. *Capſ.* 1-ſperma. S. N. 194.

189. HERNIARIA, *glabra*, glabra herbacea. *Linn. Spec.* 317. (*Hall.* 1552.)

H. in arvis ſterilibus apricis *am Dollberg*; *auf dem Schieſsplatz* parcius; *auf der Sandvvieſe* copioſe. Floret Junio & ſequ.

*Pharm.* HERNIARIAE ſ. MILLEGRANAE Herba.

Calyx *ſæpe 4 partitus*, Staminibus *quatuor.* Filamenta *Antheris deſtituta reliquis tenuiora*, *albidioraque.* Styli *duo*, *breves*: Stigmata *ſubgloboſa.* Capſula *membranacea*; *digitis compreſſa*, Semen *atropurpureum*, *nitidum*, *apice profunde emarginatum*, *baſi demittens.*

## ULMUS. G. P. 316.

*Cal.* 5-fidus. *Cor.* o. *Bacca* exſucca, compreſſo-membranacea. S. N. 198.

190. ULMUS, *campeſtris*, foliis duplicato-ſerratis: baſi inæqualibus. *Linn. Spec.* 327. (*Hall.* 1586.)

H. circa pagum *Erbach* frequens. Floret Aprili.

*Pharm.* ULMI Cortex medius.

### *** *Flores pentapetali*, *ſuperi*; *diſpermi.* Umbellatæ.

a. *Involucro univerſali*, *partialique.*

## SANICULA. G. P. 326.

*Umbellæ* confertæ, ſubcapitatæ. *Fructus* ſcaber. *Flores* diſci abortientes. S. N. 202.



Digitized by Google

191. Sanicula, *europæa*, foliis radicalibus ſimplicibus, floſculis omnibus ſeſſilibus. *Linn. Spec.* 339. (*Hall.* 737.)

H. in ſylvis umbroſis, *am Rehberg; im Hirſchberg; in der Hoerre* copioſe. Floret Majo, Junio.

*Pharm.* Saniculæ Herba.

## HERACLEUM. G. P. 345.

*Fructus* ellipticus, emarginatus, compreſſus, ſtriatus, marginatus. *Cor.* difformis, inflexo-emarginata. *Involucrum* caducum. S. N. 210.

192. Heracleum, *ſphondylium*, foliolis pinnatifidis lævibus, floribus uniformibus. *Linn.* S. N. II. 210. (*vid. Errata.*) *Spec.* 358. (*Sphondylium-Hall.* 809.)

H. in pratis humidis, ubique frequens. Floret Junio & ſequ.

*Pharm.* Brancæ vrsi Herba. (*male pro* Acantho.)

Foliorum *lobi in planta ſerius florente* (*Auguſto*) *multo minores, magiſque diviſi.* Umbella *radiata*: Corollis *ante explicationem purpureis ſeu viridibus, demum albis; inæqualibus, duplo majoribus in radio; ſubæqualibus in diſco, centralibus ſæpe abortientibus.*

## OENANTHE. G. P. 352.

*Floſculi* difformes: in diſco ſeſſiles, ſteriles. Fructus calyce coronatus. S. N. 212.

193. Oenanthe, *fiſtuloſa*, ſtolonifera, foliis caulinis pinnatis filiformibus fiſtuloſis. *Linn. Spec.* 365. (*Hall.* 755.)

H. in pratis paludoſis circa pagum *Sinn.* Floret Junio.

## CAUCALIS. G. P. 331.

*Cor.* radiatæ; diſci maſculæ. *Petala* inflexo-emarginata. *Fructus* ſetis hiſpidus. *Involucra* integra. S. N. 205.

194. Caucalis, *daucoides*, umbellis trifidis aphyllis, umbellulis triſpermis triphyllis. *Linn.* S. N. 205. (*Hall.* 739.)

Caucalis *leptophylla. Linn. Spec.* 347.

H. inter ſegetes *am Dollberg* copioſe, alibique frequens. Floret Julio, Auguſto.

Radix

Radix *fuſiformis*, *annua*. Caulis *pedalis*, *erectus*, *ſulcato-angulatus*, *ramoſus*, *lævis*: *geniculis albido-ſetoſis*. Folia *ſupradecompoſita*: Petiolis *uti Folia ſubtus ſetis albidis*, *raris adſperſis*, *baſi membranaceis*; Pinnulis *pinnatifidis*, *anguſtis*; *obtuſiuſculis*, *apice bi-ſ. trifidis*. Umbella univerſalis *radiis tribus*, *firmis*, *tetragonis*; partialis *radiis* 5-7-9: *quorum ſemper exteriores tres robuſtiores*, *fructiferi*; *centrales tenuiores*, *ſteriles*. Involucrum *rarius foliolum unicum*, *lanceolatum*, *plerumque nullum*; *ejus loco*, *ſeta albida congeſta*. Involucellum *dimidiatum*, *triphyllum*, *patens*: *foliolis lanceolatis*, *longitudine floſculorum*. Flores tres extimi *majores*, Hermaphroditi, *fertiles*; centrales 2-4-6, Maſculi, *ſteriles*. Calycis *laciniæ lanceolata*, *extimis duabus reliquis majoribus*. Petala, *obcordata*, *emarginata*, *ſubpurpuraſcentia*, *inæqualia*, *extimo triplo majore*. Stamina *longitudine petalorum*. Germen *ſcabrum*: Maris *nullum*, *Calyce lævi*. *Singula Umbellula* Fructus *tres*, *diſtantes*, *oblongi*, *magni*, *Calyce coronati*. Semen *ſulcatum*, *ſetis inæqualibus*, *ſurſum hamatis hiſpidum*; *nucleum oblongum condens*.

## DAUCUS. G. P. 333.

*Cor.* ſubradiatæ, omnes hermaphroditæ. *Fructus* pilis hiſpidus. S. N. 206.

195. Daucus, *Carota*, ſeminibus hiſpidis, petiolis ſubtus nervoſis. *Linn. Spec.* 348. (*Hall.* 746.)

H. in ſterilibus *am Galgenberg* copioſe, alibique frequens. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* Dauci sylveſtris Semina.

## TORDYLIUM. G. P. 330.

*Cor.* radiatæ, omnes hermaphroditæ. *Fructus* ſuborbiculatus, margine crenatus. *Involucra* longa, indiviſa. S. N. 204.

196. Tordylium, *Anthriſcus*, umbellis confertis, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis. *Linn. Spec.* 346. (*Caucalis*-*Hall.* 741.)

H. ſecus vias paſſim; ad ſepes *am Dollberg* copioſe. Floret Junio & ſequ.

*Seta in caule deorſum*, *in radiis umbellæ ſurſum adpreſſa*. Involucr. univ. *polyphyllum*, *Umbella brevius*. Involucr. part. *polyphyllum*, *longitudine Umbellulæ*. Floſculi *rubentes*. Semina *ovato-oblonga*, *triſulca*; *ſetis rigidis*, *hamatis*, *hiſpida*.

## PEUCEDANUM. G. P. 339.

*Fructus* ovatus, utrinque ſtriatus, ala cinctus. *Involucra* breviſſima. S. N. 208.



Digitized by Google

197. Peucedanum, *Silaus*, foliolis pinnatifidis : laciniis oppoſitis, involucro univerſali diphyllo. *Linn. Spec.* 354. (*Hall.* 797.)

H. in pratis humidiuſculis *auf dem Weſtervvald* inter *Ober- und Nieder-Roſsbach* frequens. Floret Julio.

Radix *perennis*. Caulis *bipedalis*, *brachiatus*, *ſulcato-angulatus*. Folia *ſupradecompoſita*, *pinnulis petiolatis*, *ſubpinnatifidis*: *foliolis oppoſitis*, *lanceolatis*, *margine coarctato-carinatis*, *obtuſiuſculis*, *mucrone cartilagineo*; *extimis* 2 ſ. 3, *baſi coadunatis*. Umbellæ *inæquales*, *radiis* 10. Umbellulæ *æquales*, *planæ*. Involucrum *rariſſime* 1- ſ. 2- *phyllum*, *plerumque nullum*. Involucella *decaphylla*: *foliolis lineari-lanceolatis*, *margine membranaceis*, *longitudine Umbellulæ*. Corollæ *luteæ*, *extus pallidiores*: Petala *lanceolata*, *acuta*, *apice inflexo*, *adnato*, *nervo longitudinali*. Filamenta *corolla duplo fere longiora*. Germen 6- *ſulcatum*. Styli *breviſſimi*, *petalis decidentibus longiores*. Stigmata *capitata*. Semina *ovato-oblonga*, *trinervia*, *depreſſiuſcula*, *odorata*.

## CONIUM. G. P. 336.

*Involucella* dimidiata, ſubtriphylla. *Fructus* ſubgloboſus, 5-ſtriatus, utrinque crenatus. S. N. 206.

198. Conium, *maculatum*, ſeminibus ſtriatis. *Linn. Spec.* 349. (*Cicuta. Hall.* 766.)

H. in ruderatis *hinter dem Schloſs*; ad verſuras *am Homberg*; in cultis *auf dem Hinterſand*, alibique frequens. Floret Julio.

*Pharm.* Cicutæ (tutius Conii) Herba.

Radix *biennis*, *fuſiformis*, *albida*. Caulis *tri ſ. quadripedalis*, *erectus*, *ramoſus*, *teres*, *æqualis*, *fiſtuloſus*, *glaber*, *leviſſime ſtriatus*; *ultra medium uſque maculis purpuraſcentibus adſperſus*. Folia radicalia *magna*, *ſupradecompoſita*, *nitida*; *ſupra obſcure-viridia*, *ſubtus pallidiora*. Petioli *uti caulis maculati*, *glabri*, *fiſtuloſi*, *ſucculenti*, *teretes*, *ſupra vix depreſſiuſculi*. Fol. caulina *multo minora*: Vaginis *membranaceis*, *nervoſis*, *margine membranula tenui*, *albida*, *acuta apice prominula*, *auctis*; Pinnulis *teneris*, *ſubpinnatifidis*, *inciſo-dentatis*, *extimis confluentibus*.

Umbella *planiuſcula*: *radiis* 10-12, *erecto-patulis*. Umbellulæ *conſimiles*, *radiis* 15 16. Involucrum 3-5- *phyllum*: *foliolis ovato-lanceolatis*, *acutis*, *baſi coalitis*, *inæqualibus*, *reflexis*, *ultra medium uſque albido marginatis*, *ſæpe unidentatis*. Involucella *monophylla*, *dimidiata*, *reflexo-patula*, *ſemitri-rarius quadrifida*: *Laciniis inæqualibus*, *ovatis*, *acutis*.

Floſculi

Floſculi *æquales*, *omnes fertiles.* Calyx *nullus.* Cor. Petala *alba*, *inflexo-cordata*, *inæqualia*, *nervo intermedio ſupra eminentiore.* Stamina *longitudine corollæ.* Germen *ſubrotundum*, *ſtriatum.* Styli *reflexi*, *breviſſimi.* Stigmata *vix incraſſata.*
Fructus *ſubgloboſus*, *ſtriatus*: *Striis undulato-flexuoſis.* Semina *duo*, *hemiſphærica*, *nervis tribus*, *eminentibus*, *crenatis.*
Umbellæ *in Caule & Ramis terminali proxima*, *ſæpe oppoſita.* *Totius Plantæ odor ſi digitis conquaſſetur*, *nauſeoſus*, *ingratus*, *Urinæ murinæ non abſimilis.*

Licet Planta hæc pervulgaris ſit, tamen ejus Deſcriptionem accuratiorem dare volui; ut ad præparationem Extracti Conii (Cicutae Clar. Stoerckii) vera ac genuina Planta, his notis ab aliis facillime diſtinguenda, non falſa, ut ſæpe fieri ſolet, adhibeatur. Hujus *Extracti* rite præparati præſtantiam, in plurimis morbis difficillimis, imprimis in *Cancro exulcerato* expertus ſum. Inter alios, Ruſticus quidam incola Herborn-Seelbacenſis *Joannes Jacobus Grafe*, qui peſſimo cancro exulcerato, per plures annos in parte oris ſiniſtra laboraverat, Anno 1769. ad me venit. Exulceratio cancroſa in labio ſuperiore, inferiore, & gena, adeo ſe extendebat, ut dentes inciſores canini & molares, maxillaque gingiva eroſa denudata, viſui horribili adſpectu paterent; ichore foetidiſſimo manante. Solo hujus Plantæ Extracto puro craſſius inſpiſſato, abſque foliorum pulvere admixto, pauciſque intermixtis evacuantibus rhabarbarinis, ſpatio quinque menſium, horribilem iſtum Cancrum feliciſſime exſtirpavi; ita quidem, ut os priſtinam formam exacte reciperet, barbaque novæ partes tegerentur. Et quod mirandum erat: una hoc remedio, Ulcus antiquum ſinuoſum manans, in colli ſiniſtra parte, quo hic vir per viginti annos affectus fuerat, ſe conſolidavit, & penitus evanuit. Adhuc dum ſcribo (1774.) in vivis eſt, & incorrupta fruitur valetudine.

Remedium certe innocuum tutiſſimumque. Continuata & ſenſim augenda doſi, audaci non timida manu porrigendum. Doſin a granis quinque; uſque ad dragmas duas & ultra, bis de die, auxi. Etiam ægroti ſenſibiliores, a nimie hujus Extracti aucta doſi, nihil aliud ab initio ſentiebant, quam leniſſimas tenſiones ſpaſticas fugaces in artubus; aliique ſæpe ſcintillulas igneas, per aëra ante oculos ſeſe moventes obſervarunt, abſque ullo alio damno ſubſequente.

## BUNIUM. G. P. 335.

*Cor.* uniformis. *Umbella* conferta. *Fructus* ovati. S. N. 206.

199. Bunium, *Bulbocaſtanum. Linn. Spec.* 349. (*Bulbocaſtanum - Hall.* 783.)

H. inter ſegetes *bey dem Kalkofen*; in agris *hinter dem Homberg* copioſe; *am Galgenberg* frequens. Floret Julio.

## BUPLEURUM. G. P. 328.

*Involucra* umbellulæ majora, pentaphylla. *Petala* involuta. *Fructus* ſubrotundus, compreſſus, ſtriatus. S. N. 203.

200. Bupleurum, *rotundifolium*, involucris univerſalibus nullis, foliis perfoliatis. *Linn. Spec.* 340. (*Hall.* 767.)

H. in cultis *auf dem Hinterſand* rarius; in hortis variis *vor dem untern Thor* frequens. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* Perfoliatae Herba, Semina.

## SIUM. G. P. 348.

*Fructus* ſubovatus, ſtriatus. *Involucrum* polyphyllum. *Petala* cordata. S. N. 211.

201. Sium, *latifolium*, foliis pinnatis, umbella terminali. *Linn. Spec.* 361. (*Hall.* 777.)

H. in foſſis & rivulis pratorum *im Pulversgrund*, *am Beilſtein* rarius. Floret Julio.

202. Sium, *anguſtifolium*, foliis pinnatis, umbellis axillaribus pedunculatis, involucro univerſali pinnatifido. *Linn.* S. N. 211. *Spec.* 1672.

H. in rivulis pratorum *im Fiſchvveyhergrund.* Floret Auguſto.

Foliolorum *paria inferiora, a ſequentibus remotiſſima, pinnis utrinque auriculatis, fere haſtatis.* Folia *caulina, pinnis anguſtioribus, ſubauriculatis, ſerratis: ſerraturis latiuſculis, acuminatiſſimis.* Umbellæ *oppoſitifolia, pedunculata.* Involucr. *univerſale 5 - 7. phyllum, inæquale: foliolis plerisque pinnatifidis, unico ſemper reliquis longiore.* Involucella *ſimillima, etiam pinnatifida.*

203. Sium, *nodiflorum*, foliis pinnatis, umbellis axillaribus ſeſſilibus. *Linn. Spec.* 361. (*Hall.* 778.)

H. cum præcedente rarius *im Güldnersgrund.* Floret Julio, Auguſto. ✠

## SELINUM. G. P. 337.

*Fructus* ovali - oblongus, compreſſo - planus, in medio ſtriatus. *Involucrum* reflexum. *Petala* cordata, æqualia. S. N. 207.

204.

204. Selinum, *Carvifolia*, caule ſulcato acutangulo, involucro univerſali caduco, piſtillis fructus reflexis. *Linn. Spec.* 350. (*Hall.* 802)

H. in pratis humidiuſculis, *im Fiſchvveyhergrund* rarius; circa pagum *Sinn* copioſe. Floret Julio.

Radix *perennis*, *fuſiformis*, *ſuperne ramoſa*, *odorata*. Caulis 2. ſ. 3- *pedalis*, *ſubramoſus*, *erectus*, *ſtrictus*, 10-*ſulcatus*; *angulis membranaceis*, *ad ramificationes*, *præſertim ſub Umbella*, *undulato-flexuoſis*. Folia *erecta*, *anguſtata*, *triplicato-pinnata*: Petiolis *ſubtetragonis*, *ſupra ſulco exaratis*, *baſi membranaceis*, *nervoſis*; Foliolis *oppoſitis*, *bi* ſ. *trilobis*: *lobis lanceolato-acuminatis*, *mucrone albido cartilagineo*. Umbella *plana*, *æqualis*, *maturo fructu convexa*: Radiis *numeroſis*, *ſulco ſuperne exaratis*. Involucrum *in virgineis Umbellis* (*loco natali*) *polyphyllum*, *in florentibus monophylium*: Foliolis *lanceolato-ſubulatis*, *unico excepto*, *mox deciduis*. Involucella *polyphylla*, *patentia*: *foliolis ſubulatis*. Flores *ante explicationem purpuraſcentes*, *dein albi*, *extimi paulo majores*. Calyx *nullus*. Petala *ſubæqualia*, *inflexo-cordata*, *erectiuſcula*. Stamina *Corolla duplo longiora*. Styli *erecti*, *breves*, *demum longiores*, *reflexi*, *perſiſtentes*. Fructus *ovalis*, *compreſſus*: *apice purpureo*, *Styliſque reflexis coronatus*. Semina *matura lateribus a ſe invicem diſcedentia hiant*, *nervis dorſalibus tribus*, *eminentibus*, *notata*.

## ANGELICA. G. P. 347.

*Fructus* ſubrotundus, angulatus, ſolidus, ſtylis reflexis. *Corollæ* æquales: petalis incurvis. S. N. 211.

205. Angelica, *Archangelica*, foliorum impari lobato. *Linn. Spec.* 360. (*Hall.* 807.)

H. ad ſepes interhortenſes *am Pitzbrückgen* frequens; Quaſi indigena valde luxurians. Floret Julio.

*Pharm.* Angelicae sativæ Radix.

206. Angelica, *ſylveſtris*, foliolis æqualibus ovato-lanceolatis ſerratis. *Linn. Spec.* 361. (*Hall.* 806.)

H. in foſſis, & pratis humidiuſculis frequens. Floret Julio.

*Pharm.* Angelicae sylvestris Radix.

b. *Involucris partialibus*; Univerſali nullo.

## AETHUSA. G. P. 355.

*Involucella* dimidiata, 3-phylla, pendula. *Fructus* ſtriatus. S. N. 213.

207.

207. Aethusa, *Cynapium. Linn. Spec.* 367. (*Hall.* 765.)

H. in cultis inter olera frequens. Floret æſtate. Involucella *ſæpe* 5-*phylla*.

## SCANDIX. G. P. 357.

*Cor.* radiata. *Fructus* ſubulatus. *Petala* emarginata. *Floſculi* diſci ſæpe maſculi. S. N. 213.

208. Scandix, *odorata*, ſeminibus ſulcatis angulatis. *Linn. Spec.* 368. (*Myrrhis. Hall.* 753.)

H. in pomariis *am Homberg unter der Lithau*, alibique frequens. Floret Majo, Junio.

209. Scandix, *Pecten veneris*, ſeminibus roſtro longiſſimo. *Linn.* S. N. 213. *Spec.* 368. (*Myrrhis. Hall.* 754.)

H. inter ſegetes *auf dem Dollberg* frequens. Floret Junio. Involucella *apice bifida*: Semen *nucleum condens*, *uti in præcedente. Roſtrum ſcabrum*.

210. Scandix, *Cerefolium*, ſeminibus nitidis ovato-ſubulatis, umbellis ſeſſilibus lateralibus. *Linn. Spec.* 368. (*Cerefolium. Hall.* 747.)

H. in cultis, ruderatis, & ad ſepes frequens. Floret Majo & ſequ.

*Pharm.* Cerefolii Herba.

211. Scandix, *Anthriſcus*, ſeminibus ovatis hiſpidis, corollis uniformibus, caule lævi. *Linn. Spec.* 368. (*Caucalis. Hall.* 743.)

H. in arvis inter ſegetes, *am Galgenberg*; olim lecta, nunc rariſſima planta. Floret Julio.

Invol. univerſale *ſæpe monophyllum*. Involucella 5-*phylla: foliolis lanceolatis, mucronatis, ciliatis.* Fructus *ſingula umbellula* 5, *rarius* 6, *ovati, hiſpidi, bicornes.*

## CHÆROPHYLLUM. G. P. 358.

*Involucrum* reflexum, concavum. *Petala* inflexo-cordata. *Fructus* oblongus, lævis. S. N. 214.

212. Chaerophyllum, *ſylveſtre*, caule lævi ſtriato, geniculis tumidiuſculis. *Linn. Spec.* 369. (*Cerefolium. Hall.* 748.)

H. in pratis, pomariis, ad ſepes, ubique vulgaris. Floret Majo, Junio.

*Pharm.* Cicutariae Herba.

213.

Digitized by Google

213. CHAEROPHYLLUM, *bulboſum*, caule geniculis tumido, baſi hirto. *Linn.* S. N. 214. *Spec.* 370. (*Myrrbis. Hall.* 752.)
H. in ſylvis, *in der Horre* frequens. Floret Julio.

214. CHAEROPHYLLUM, *temulum*, caule ſcabro: geniculis tumidis. *Linn. Spec.* 370. (*Myrrbis. Hall.* 750.)
H. ad ſepes paſſim. Floret Junio, Julio.
Floſculi *diſci abortientes*, *centrali excepto, qui ſæpe fertilis.*

215. CHAEROPHYLLUM, *birſutum*, caule æquali, foliolis inciſis acutis, fructibus biariſtatis. *Linn.* S. N. 214. *Spec.* 371. (*Myrrbis. Hall.* 751.)
H. in ſylvaticis montoſis circa *Langenaubach* infrequens. Floret Junio, Julio.

## PHELLANDRIUM. G. P. 353.

*Floſculi* diſci minores. *Fructus* ovatus, lævis, coronatus perianthio & piſtillo. S. N. 213.

216. PHELLANDRIUM, *aquaticum*, foliorum ramificationibus divaricatis. *Linn. Spec.* 366. (*Hall.* 757.)
H. in foſſis Urbis *am Judenvveyher.* Floret Junio, Julio.
Calycis *laciniæ* 2 *exteriores, reliquis duplo longiores.*
c. *Involucro nullo*; nec univerſali, nec partialibus.

## CARUM. G. P. 365.

*Fructus* ovato-oblongus, ſtriatus. *Involucrum* 1-phyllum. *Petala* carinata, inflexo-emarginata. S. N. 216.

217. CARUM, *Carvi. Linn. Spec.* 378. (*Hall.* 789.)
H. in pratis paſſim; *auf der Sandvvieſe* copioſe. Floret Majo, Junio.
*Pharm.* CARVI Semina.

## PASTINACA. G. P. 362.

*Fructus* ellipticus, compreſſo-planus. *Petala* involuta, integra. S. N. 216.

218. PASTINACA, *ſativa*, foliis ſimpliciter pinnatis. *Linn. Spec.* 376. (*Hall.* 808.)
H. in cultis *auf dem Hinterſand*; & alibi frequens. Floret Julio.
*Pharm.* PASTINACAE Radix, Semina.

ANE-

ANETHUM. G. P. 364.

*Fructus* ſubovatus, compreſſus, ſtriatus. *Petala* involuta, integra. S. N. 216.

219. ANETHUM, *graveolens*, fructibus compreſſis. *Linn. Spec.* 377.

H. in cultis, inter olera frequens. Floret Julio.

*Pharm.* ANETHI Herba, Semina.

220. ANETHUM, *Fœniculum*, fructibus ovatis. *Linn. Spec.* 377. (*Fœniculum. Hall.* 760.)

H. in cultis oleraceis *bey dem dicken Thurm*; *vor dem Sand-Thor* parcius. Floret Julio.

*Pharm.* FOENICULI Radix, Herba, Semina.

ÆGOPODIUM. G. P. 368.

*Fructus* ovato-oblongus, ſtriatus. S. N. 217.

221. AEGOPODIUM, *Podagraria*, foliis caulinis ſummis ternatis. *Linn. Spec.* 379. (*Podagraria. Hall.* 759.)

H. ad ſepes paſſim. Floret Julio.

APIUM. G. P. 367.

*Fructus* ovatus, ſtriatus. *Involucr.* 1-phyllum. *Petala* æqualia. S. N. 217.

222. APIUM, *Petroſelinum*, foliis caulinis linearibus, involucellis minutis. *Linn Spec.* 379.

H. in cultis *am Sieghauß*; *auf dem Hinterſand*; alique infrequens. Floret Julio.

*Pharm.* PETROSELINI Radix, Herba, Semina.

223. APIUM, *graveolens*, foliis caulinis cuneiformibus. *Linn. Spec.* 379. (*Hall.* 784.)

H. in foſſis, *an der Mühlbach*, *unter der Walckmühle* rarius. Floret Julio.

*Pharm.* APII Radix, Semina.

PIMPINELLA. G. P. 366.

*Fructus* ovato oblongus. *Petala* inflexa. *Stigmata* ſubgloboſa. S. N. 217.

224. PIMPINELLA, *ſaxifraga*, foliis pinnatis, foliolis radicalibus ſubrotundis; ſummis linearibus. *Linn. Spec.* 378.

*minor*,

*minor*, α. Pimpinella ſaxifraga minor. *Bauh. Pin.* 160. (*Tragoſelinum Hall.* 786.)

*major*, β. Pimpinella ſaxifraga major, umbella candida. *Bauh. Pin.* 159. (*Hall.* 785.)

H. α. in pratis & paſcuis ſiccis *auf der Sandvvieſe*; β. Foliis *triplo majoribus*, in pratis *bey Sinn* copioſe. Floret Julio.

*Pharm.* PIMPINELLAE ALBAE Radix.

225. PIMPINELLA, *hircina*, foliis duplicato-pinnatis, pinnulis profundiſſime lobatis. (*Tragoſelinum. Hall.* 787.)

Pimpinella *ſaxifraga*, *hircina var.* ε. *Linn. Spec.* 378.

H. in collibus ſiccis paſſim. Floret Junio & ſeq.

## C. TRIGYNIA.

* *Flores ſuperi.*

### VIBURNUM. G. P. 370.

*Cal.* 5-partitus, ſuperus. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 1-ſperma. S. N. 218.

226. VIBURNUM, *Lantana*, foliis cordatis ſerratis venoſis ſubtus tomentoſis. *Linn. Spec.* 384 (*Hall.* 669.)

H. in dumetis & ad ſepes *am Galgenberg*, verſus *Burgk* frequens. Floret Junio.

227. VIBURNUM, *Opulus*, foliis lobatis, petiolis glanduloſis. *Linn. Spec.* 384. (*Opulus. Hall.* 668.)

H. ad ſepes & ripas *Dillæ*, *auf der Weisgärber Wieſe*; & alibi vulgaris. Floret Junio.

### SAMBUCUS. G. P. 372.

*Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 3-ſperma. S. N. 219.

228. SAMBUCUS, *Ebulus*, cymis tripartitis, ſtipulis foliaceis, caule herbaceo. *Linn.* S. N. 219. *Spec.* 385. (*Hall.* 671.)

H. in

H. in nemoroſis ad pagum *Erbach* & *Sinn.* Floret Junio.

*Pharm.* Ebuli Radix, Baccæ, Semina.

Corolla *ſubpurpurea*: *Laciniæ concavæ, ovatæ, acutæ, apicibus incurvis.* Antheræ *oblongæ.* Semina *receptaculo columnari affixa.*

229. Sambucus, *nigra*, cymis quinquepartitis, caule arboreo. *Linn. Spec.* 385. (*Hall.* 670.)

H. ad ſepes paſſim. Floret Junio.

*Pharm.* Sambuci Flores, Baccæ.

Corolla *alba*: *Laciniæ convexæ, obtuſiſſimæ.*

230. Sambucus, *racemoſa*, racemis compoſitis ovatis, caule arboreo. *Linn Spec.* 386. (*Hall.* 672.)

H. in nemoroſis *bey denen Steinkammern* circa *Erbach* frequens. Floret Martio, Aprili.

Corolla *exigua, viridis*: *Laciniæ concavæ.* Baccæ *rubræ.*

** *Flores inferi.*

STAPHYLEA. G. P. 374.

*Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capſ.* inflatæ, connatæ. *Sem.* 2, globoſa cum cicatrice. S. N. 219.

231. Staphylea, *pinnata*, foliis pinnatis. *Linn. Spec.* 386. (*Hall.* 831.)

H. in ſylvaticis montoſis *auf der Schindgrube*; ad ſepes *am Homberg* rarius. Floret Majo, Junio.

Styli *duo, ſæpius tres.* Capſula *trilocularis.* Semina *conſtanter duo in majoribus loculamentis, tertio abortiente.*

ALSINE. G. P. 380.

*Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, æqualia. *Capſ.* 1-locularis, 3-valvis. S. N. 221.

232. Alsine, *media*, petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis. *Linn. Spec.* 389. (*Hall* 880.)

H. in cultis & agris copioſiſſime. Floret tota fere æſtate.

## D. TETRAGYNIA.

PARNASSIA. G. P. 384.

*Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Nectaria* 5, cordata,

Digitized by Google

data, ciliata apicibus globoſis. *Capſ.* 4-valvis. S. N. 221.

233. PARNASSIA, *paluſtris. Linn. Spec.* 391. (*Hall.* 832.)

H. in pratis humidis, ad pagos *Enderoth*, *Emmerichenhayn*, & *Erbach* frequens. Floret Auguſto.

## E. PENTAGYNIA.

### LINUM. G. P. 389.

*Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Capſ.* 5-valvis, 10-locularis. *Sem.* ſolitaria. S. N. 223.

234. LINUM, *uſitatiſſimum*, calycibus capſulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule ſubſolitario. *Linn. Spec.* 397. *Hall.* 836.)

H. in arvis *auf dem Schieſsplatz*; *am Homberg*; *Dollberg*; infrequens. Floret Julio.

*Pharm.* LINI Semina.

235. LINUM, *catharticum*, foliis oppoſitis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. *Linn. Spec.* 401. (*Hall.* 839.)

H. in pratis ſiccis paſſim. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* LINI CATHARTICI Herba

Filamenta *baſi connata*, *germen veſtientia*; *interjectis denticulis alternis*, *exiguus*, *acutis*. (*Geranii.*)

236. LINUM, *Radiola*, foliis oppoſitis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. *Linn. Spec.* 402. (*Hall.* 840.)

H. in arenoſis humidis, circa *Langenaubach*; *ipſe nondum legi.* Floret æſtate ♃.

### DROSERA. G. P. 391.

*Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Capſ.* 1-locularis: apice 5-valvis. *Sem.* plurima. S. N. 225.

237. DROSERA, *rotundifolia*, ſcapis radicatis, foliis orbiculatis. *Linn. Spec.* 402. (*Rorella. Hall.* 834.)

H. in pratis udis, circa *Mademühlen*; *Hohenroth*. Floret Julio.

*Pharm.* RORELLAE ſ. RORIS SOLIS Herba.



Digitized by Google

238. Droſera, *longifolia*, ſcapis radicatis, foliis oblongis. *Linn. Spec.* 403. (*Rorella. Hall.* 833.)

H. cum præcedente rarius, cujus forte varietas eſt. Floret Julio.

## F. POLYGYNIA.

MYOSURUS. G.P. 394.

*Cal.* 5-phyllus, baſi adnatus. *Nectaria* 5, ſubulata, petaliformia. *Sem.* numeroſa. S. N. 227.

239. Myosurus, *minimus. Linn. Spec.* 407. (*Hall.* 1159.)

H. in agris arenoſis *am Dollberg*; in cultis *in der untern Pitze* frequens. Floret Majo.

# CLASSIS VI.
# HEXANDRIA.
## A. MONOGYNIA.

* *Flores calyculati, calyce corollaque inſtructi.*

BERBERIS. G. P. 442.

*Cal.* 6-phyllus. *Petala* 6: ad ungues glandulis 2. *Stylus* o. *Bacca* 2-ſperma. S. N. 252.

240. Berberis, *vulgaris*, pedunculis racemoſis. *Linn. Spec.* 471. (*Hall.* 828.)

H. ad ſepes *hinter dem Schloſs* rarius; ad pagos *Fleisbach* & *Greiffenſtein* frequens. Floret Junio.

*Pharm.* Berberidis Fructus.

** *Flores ſpathacei ſ. glumacei.*

LEUCOJUM. G. P. 402.

*Cor.* campaniformis, 6-partita, apicibus incraſſata. *Stigma* ſimplex. S. N. 234.

241. Leucojum, *vernum*, ſpatha uniflora, ſtylo clavato. *Linn. Spec.* 414. (*Galanthus. Hall.* 1253.)

H. in pratis *an der Dille, unter dem Sieghauſs*; in nemoroſis ad *Erbach*; *im Thiergarten* copioſe. Floret Martio.

Narcis-

## NARCISSUS. G. P. 403.

*Petala* 6: *Nectario* infundibuliformi, 1-phyllo. *Stam.* intra nectarium. S N. 234.

242. Narcissus, *poëticus*, ſpatha uniflora, nectario rotato breviſſimo ſcarioſo crenulato. *Linn. Spec.* 414. (*Hall.* 1250.)

H. in pomariis & pratis *am Sieghauſe* rarius. Floret Majo.

243. Narcissus, *Pſeudo-Narciſſus*, ſpatha uniflora, nectario campanulato erecto criſpo aequante petala ovata. *Linn. Spec.* 4 4. (*Hall.* 1252.)

H. in pomariis & pratis *am Sieghauſe* copioſe. Floret Martio.

## ALLIUM. G. P. 409.

*Cor.* 6-partita, patens. *Spatha* multiflora. *Umbella* congeſta. *Capſ.* ſupera. S. N. 237.

244. Allium, *carinatum*, caule planifolio bulbifero, ſtaminibus ſubulatis. *Linn. Spec.* 426. (*Hall.* 1224.)

H. in ſylvaticis montoſis *am geiſtlichen Berg* Floret Julio.

245. Allium, *vineale*, caule teretifolio bulbifero, ſtaminibus tricuſpidatis. *Linn. Spec.* 425. (*Hall.* 1221.)

H. in ſylvaticis montoſis *bey dem Eulenhauſe.* Floret Julio.

246. Allium, *oleraceum*, caule teretifolio bulbifero, foliis ſcabris ſemiteretibus ſubtus ſulcatis, ſtaminibus ſimplicibus. *Linn. Spec.* 429. (*Hall.* 1223.)

H. in pomariis & pratis ſiccis paſſim. Floret Julio.

*** *Flores nudi*

## CONVALLARIA. G. P. 425.

*Cor.* 6-fida. *Bacca* maculoſa. 3-locularis. S. N. 246.

247. Convallaria, *majalis*, ſcapo nudo. *Linn. Spec.* 451. (*Polygonatum. Hall.* 1241.)

H. in montoſis *auf der Steinſeite*; *in der Callenbach*; in pratis ſylvaticis *bey Langenaubach*; alibique frequens. Floret Majo.

*Pharm.* Lilii convallii Flores.

248. Convallaria, *verticillata*, foliis verticillatis. *Linn. Spec.* 451. (*Hall.* 1244.)

H. in ſylvaticis montoſis *im Hirſchberg*, *auf dem Weſtervvald* circa *Willingen*. Floret Junio.

249. CONVALLARIA, *Polygonatum*, foliis alternis amplexicaulibus, cauſe ancipiti, pedunculis axillaribus ſubunifloris. *Linn. Spec.* 451. (*Hall.* 1242.)

H. in ſylvis; *im Hirſchberg* frequens. Floret Majo.

*Pharm.* SIGILLI SALOMONIS Radix.

250. CONVALLARIA, *multiflora*, foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris. *Linn. Spec.* 452. (*Hall.* 1243.)

H. in ſylvis, *in der Hörre*; *im Hirſchberg* & *Thiergarten* frequens; in dumetis *am Homberg* parcius. Floret Majo.

251. CONVALLARIA, *bifolia*, foliis cordatis, floribus tetrandris. *Linn.* S. N. 247. *Spec.* 452. (*Unifolium. Hall.* 1240.)

H. in pratis ſylvaticis aſperis, *im Hirſchberg*; *in der Hörre*, vulgaris. Floret Majo, Junio.

Pedicelli *gemini*. Corolla 4-*partita*. Stamina *quatuor*. Stigma *bifidum*. Bacca *bilocularis*, *diſperma*.

## ANTHERICUM. G. P. 422.

*Cor.* 6-petala, patens. *Capſ.* ovata. S. N. 244.

252. ANTHERICUM, *Liliago*, foliis planis, ſcapo ſimpliciſſimo, corollis planis, piſtillo declinato. *Linn. Spec.* 445. (*Phalangium. Hall.* 1207.)

H. in montoſis ſylvaticis *im Beilſtein* frequens. Floret Junio.

## ORNITHOGALUM. G. P. 418.

*Cor.* 6-petala, erecta, perſiſtens, ſupra medium patens. *Filamenta* alterna baſi dilatata. S. N. 242.

253. ORNITHOGALUM, *luteum*, ſcapo anguloſo diphyllo, pedunculis umbellatis ſimplicibus. *Linn. Spec.* 439. (*Phalangium. Hall.* 1213.)

H. in pratis & pomariis *unter der neuen Brücke*, alibique copioſe. Floret Martio, Aprili.

254. ORNITHOGALUM, *minimum*, ſcapo angulato diphyllo, pedunculis umbellatis ramoſis. *Linn. Spec.* 440. (*Hall.* 1214.)

H. in agris *in der Aue*; *am Dollberg* parcius. Floret Aprili.

Scapo

Digitized by Google

Scapo *ſubtereti*, *Umbella breviore*, Involucri *Foliis pluribus*, *longioribus*; Pedunculis *teretibus*, *ſubramoſis*, *pubeſcentibus*; Corollæ petalis 6-8-9, *aurea flavedine nitentibus*, *patentiſſimis*, *acutioribus*; *tribus exterioribus obtuſioribus*, *ſubtus pubeſcentibus*; Piſtillo *ſubvilloſo*, *plerumque abortiente*; Bulbulis *congeſtis*, *axillaribus*, *bracteatis*, *quibus planta propagatur*, *a præcedente diſtinguitur*.

255. ORNITHOGALUM, *pyrenaicum*, racemo longisſimo, filamentis lanceolatis, pedunculis floriferis patentibus æqualibus: fructiferis ſcapo approximatis. *Linn Spec.* 440. (*Hall.* 1210.)

H. in pomariis *am Sieghauß* rarius; dubia civis ex hortis aufuga. Floret Majo.

## SCILLA. G. P. 419.

*Cor.* 6-petala, patens, decidua. *Filamenta* filiformia. S. N. 243.

256. SCILLA, *amoena*, floribus lateralibus alternis ſubnutantibus, ſcapo angulato. *Linn.* S. N. 243. *Spec.* 443. (*Phalangium. Hall.* 1211?)

H. in pomariis *am Sieghauſe* rarius; planta exoticæ originis. Floret Majo.

## ASPARAGUS. G. P. 424.

*Cor.* 6-partita, erecta: petalis tribus interioribus apice reflexis. *Bacca* 3-locularis: 2-ſperma. S. N. 245.

257. ASPARAGUS, *officinalis*, caule herbaceo tereti erecto, foliis ſetaceis, ſtipulis paribus. *Linn.* S. N. 245. *Spec.* 448. (*Hall.* 1239.)

H. in pomariis *am Sieghauſe*; ad muros pontis novi; alibique rarius. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* ASPARAGI Radix, Semina.

*Noſtra Planta culta* & *ſpontanea*, *ſemper eſt dioica.* Maris Corolla *duplo major*; Stamina *perfecta*; Piſtillum *imperfectum*, *exiguum*, *abortiens.* Feminæ Corolla *apicibus omnibus erectis*: Stamina *caſtrata* ſ. Antheris *deſtituta.* Piſtillum *longitudine tubi corollæ*; Stigma *craſſiuſculum*, *trifidum.* Bacca *hexaſperma.*

## LILIUM. G. P. 410.

*Cor.* 6-petala, campanulata: linea longitu-

 dinali

dinali nectarifera. *Capſ.* valvulis pilo cancellato connexis. S. N. 240.

258. Lilium, *Martagon*, foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis. *Linn. Spec.* 435. (*Hall.* 1233.)

H. in pomariis *am Sieghauſe* rarius. Floret Junio.

TULIPA. G. P. 415.

*Cor.* 6-petala, campanulata. *Stylus* o. S. N. 241.

259. Tulipa, *ſylveſtris*, flore ſubnutante, foliis lanceolatis. *Linn Spec.* 438 (*Hall* 1236.)

H. in pratis & pomariis *unter der neuen Brücke*; alibique copioſiſſime. Floret Majo.

Petala *omnia* apice, *tria interiora etiam* baſi *villoſa*.

**** *Flores incompleti.*

ACORUS. G. P. 434.

T. XIII. f. 12. *Spadix* cylindricus, tectus floſculis. *Cor.* 6-petalæ, (c. C. M.) nudæ. *Stylus* o. *Capſ.* (p). 3-locularis. (r). S. N. 249.

260. Acorus, *Calamus*. *Linn. Spec.* 462. (*Hall.* 1307.)

H. in foſſis *bey der obern Papiermühle*; *am ſteinern Waag* rarius. Floret Junio.

*Pharm.* Calami aromatici Radix.

IUNCUS. G. P. 437.

*Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 1-locularis. S. N 250.

a. *Culmis nudis. Capſulis polyſpermis.*

261. Iuncus, *conglomeratus*, culmo nudo ſtricto, capitulo laterali. *Linn Spec.* 464. (*Hall.* 1312.)

H. in pratis uliginoſis, *hinter dem Homberg*; *in der Callenbach*; & alibi frequens. Floret Junio

T. XIII. f. 1. Radix *horizontalis*, *denſa*, *oblique deſcendens*, *ſquamis veſtita ovatis*; *radicalibus fibris filiformibus*, *longiſſimis*. Culmi 1- ſ. 2- *pedales*, *erecti*, *ſtricti*, *teretes*, *glabri*, *nudi*; *farcti medulla ſpongioſa*; Vaginis *ad baſin veſtiti ſtriatis*, *obtuſis*, *aphyllis*, *ariſtatis*: *ſuprema triplo longiore*. Folia *radicalia pauca*, *culmo ſimillima*. Capitulum *ſubrotundum*, *ſolitarium*, *rarius geminum*, *floribus glomeratis compoſitum*,

*tum*; *ex fiſſura culmi*, *marginibus dilatatis membranaceis*, *infra apicem rectum erumpens.* Pedunculi *breves*, *numeroſi*, *conferti*, *ſubdiviſi*; *uti in reliquis*, *ad baſin vaginula veſtiti*, *ſquamulâque lanceolato-acuminata bracteati.* Calycinæ ſquamæ *duæ exiguæ.* (a) Cor. Petala *ſex*, *ovato-acuminata.* (c. C.) Stamina *in hoc*, *ſæpius repetita floris anatome*, *conſtanter* tria, *nunquam ſex*, *reperire potui.* (C. M.) Capſula *longitudine petalorum*, *trigona*, *angulis acutis apice prominulis*, *ſtylo brevi terminata.* (p. P.) Semina *obverſe conica*, *acutiuſcula*, *albida.* (ſ. S.)

262. IUNCUS, *effuſus*, culmo nudo ſtricto: panicula laterali. *Linn. Spec.* 464. (*Hall.* 1311. var. β.)

H. in foſſis paſſim; *in der Altzbach*; *an der Mühlbach*, *bey der untern Walckmühle* frequens. Floret Julio.

T. XIII. f. 2. Radix, Culmi, Folia radicalia, & Pedunculi *præcedentis*; *at majora omnia.* Culmus *tripedalis*, *craſſior*, *tactu mollior*, *facile rumpendus*, *medulla denſa ad lampades aptiſſima farctus.* Panicula *lateralis*, *plus minusve ſparſa*: Pedunculis *confertis*, *inæqualibus*, *ramoſis*, *ſurſum deorſumque vergentibus*; Bracteis *oblongis ariſtatis.* Flores *ſubfuſci.* Petala *æqualia.* (A. C.) Capſula *obovata*, *ſubtrigona*, *obtuſiſſima*, *longitudine petalorum.* (p. P.) Semina *fulva.* (ſ. S.)

263. IUNCUS, *inflexus*, culmo nudo: apice membranaceo incurvo, panicula laterali. *Linn. Spec.* 464. (*Hall.* 1311. α.)

H. iiſdem in locis cum præcedente, et alibi frequens. Floret Julio.

T. XIII. f. 3. Squamis *Culmi baſin veſtientibus purpureis*, *nitidis*; Culmo *filiformi*, *longiore*, *tenuiore*, *firmiore*, *ſtriato*, *tenaciſſimo*, *minus recto*, *ſupra paniculam longius producto*, *apice emarcido*, *acutiore*, *incurvo*, *maturo fructu*, *inflexo*; Panicula *majori*; Pedunculis & Pedicellis *longioribus*, *ſtrictioribus*, *omnibus ſurſum nec deorſum vergentibus.* Floribus *ante explicationem exacte ſubulatis*, *cum* Calycibus & Bracteis *ſpadiceo-purpureis nitidis*; Petalis *longioribus*, *ſubulatis*, *interioribus tribus reliquis paulo brevioribus*; (c) & Capſula *Petalis breviore*, *acutiore*, (p. P.) *a precedente facile dignoſci poteſt.*

264. IUNCUS, *filiformis*, culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali. *Linn. Spec.* 465. (*Hall.* 1313.)

T. XIII. f. 4. Radix *obliqua*, *teres*, *ſquamata*; *fibris capillaribus.* Folia radicalia *pauca*, *filiformia*, *brevia*, *erecta.* Culmi *plures*, *ſesquipedales*, *infirmi*, *filiformes*, *compreſſi*, *ſtriati*, *ad baſin ſquamati*; *ad paniculam uſque erecti*, *ſupra paniculam duplo longiores*, *arcu-*



Digitized by Google

*arcuatim deorſum flexi, apice acuto emarcido.* Panicula *ſimpliciſſima, pauciflora, ex fiſſura culmi, infra medium erumpens.* Pedunculi 5 ſ. 7, *ſimplices. uniflori, rarius biflori; foliolo lanceolato, ariſtato, ad baſin bracteati.* Calycis *foliola albida, ovata, acuminata, majora quam in præcedentibus.* (a) Petala *ſubulata flavo viridia: tria interiora paulo breviora.* (c) *Germen obtuſum, purpureum.* Capſulas *nondum vidi.*

b. *Culmis folioſis.*

265. IUNCUS, *articulatus*, foliis nodoſo-articulatis, petalis obtuſis. *Linn. Spec.* 465.

*α. aquaticus.* Juncus foliis compreſſis, articulatis, panicula ſemel ramoſa. *Hall.* 1322.

β - - - - Gramen junceum, folio articuloſo, cum utriculis. *Scheuchz. Agr.* 333.

*γ. ſylvaticus.* Juncus foliis teretibus articulatis, panicula repetito-ramoſa. *Hall.* 1323.

H *α.* in pratis uliginoſis paſſim; β, in pratis humentibus *am ſteinern Waag* rarius; γ, in pratis ſylvaticis udis *am Beilſtein*; *im Güldners-&* *Fiſchvveyher Grund.* Floret Julio & ſeq.

T. XIII. f. 6. *α.* Radix *horizontalis, lignoſa, teres, fibroſa.* Folia radicalia *ultrapedalia, compreſſo-teretia, glabra, fiſtuloſa, interne iſthmis intercepta,* (1) *exſiccatione nodoſo-articulata.* (2) Culmus 2-ſ. 3-*pedalis, erectus, teres, glaber, foliatus; geniculis* 4 ſ. 5, *vaginis occultatis, interceptus,* Folia culmea *bifaria, alterna, patentia, recta, radicalibus ſimillima:* Vaginis *longis, ſubcompreſſis, glabris, culmum ultra medium veſtientibus; inferioribus aphyllis, obtuſis, ariſtatis.* Panicula *terminalis.* Pedunculi *pauci, alterni, erecti, inæquales, dichotomo-ramoſi: quorum inferior* Folio florali *ſubulato, erecto, longitudine fere Paniculæ inſtructus; reliqui ſquamis lanceolato-acuminatis, bracteati.* Flores *ſubcapitati, congeſti, exigui, axillares, terminaleſque.* Calycina *duo foliola ovato-acuminata, membranacea.* Petala *ſubulata, acuta ſubfuſca, dein ſubpurpurea.* Capſula *trigona, acuminata, purpuraſcens, petalis longior.* (p. P.)

Var. β. vivipara: Culmo *breviori*; Floribus *vel omnibus, vel paucis in faſciculos foliorum viridi-purpureos excreſcentibus; rarius autumno occurrit, in pratis inundatis.*

Var. γ. differt: Foliis *teretibus*, *Culmis altioribus*; Panicula *ramoſiore, ſupradecompoſita*; Capitulis *multifloris, majoribus.*

Flo-

Digitized by Google

Floribus *purpureis*, *nitidis*. Petalis *acutiſſimis*, *interioribus tribus paulo brevioribus*; *in reliquis vix differt*.

266. IUNCUS, *bulboſus*, foliis linearibus canaliculatis, capſulis obtuſis. *Linn. Spec.* 466. (*Hall.* 1318. & *forte var. minor.* 1320.)

H. in paſcuis humentibus, ad vias paſſim; Var. junior *bey der obern Walkmühle*; major, *unter der neuen Brücke*, & alibi frequens. Floret Julio.

T. XIII. f. 7. Radix *denſa fibroſiſſima*, *horizontalis*. Culmus *ſpithamaus ſeu pedalis*, *erectus*, *ſubfoliatus*, *glaber*, *compreſſus*: *uno latere convexo*, *altero planiore*; Geniculis *duobus interceptus*: *quorum inferius* (*rarius duo*,) *radici propius*, *vaginis tectum*, *alterum infra paniculam*, *nudum*. Folia *bifaria*, *linearia*, *canaliculata*, *glabra*, *ſubtus ſtriata*, *ſubvaginantia*, *culmo breviora*: Vaginis *ad culmi baſin congeſtis*, *compreſſis*, *carinatis*, *membrana tenuiſſima*, *albida*, *apice prominula*, *utrinque auctis*.

Folia floralia *duo culmeis ſimillima*, *erecta*: *quorum inferius longitudine Corymbi*, *ſuperius brevius*. Panicula *erecta*, *inaequalis*, *maturo fructu corymboſa*. Pedunculi 3, ſ. 4, *ſubdiviſi*; *primario ſemper reliquis longiore*: Bracteis *lanceolato-ſetaceis*. Flores *ſolitarii*, *exigui*, *colorati*; *terminales ſæpius terni*: *intermedio axillari*, *ſeſſili*. Calycinæ ſquamæ *ovata*, *albida*. (A.) Cor. Petala *oblonga*, *obtuſiſſima*, *ſub floreſcentia erectiuſcula*; *interiora tria tenuiora*, *purpuraſcentia*. (c. C.) Stigmata *ſupra Corollam longe prominentia*. (O) Capſulæ *ſubgloboſa*, *fere ovales*, *fuſca*, *nitida*, *petalis longiores*, *ſtylo vix manifeſto terminata*. (p. P.) Semina *fulva*, *pellucida*. (ſ. S)

267. IUNCUS, *bufonius*, culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. *Linn. Spec.* 466. (*Hall.* 1319.)

β. Gramen nemoroſum calyculis paleaceis, ſpecies altera procerior. *Scheuchz. Agr.* 328.

H. α. locis inundatis, ad vias ubi aquæ pluviales ſtagnarunt, cum præcedente *bey der Walkmühle* copioſiſſime; β. in ſylvaticis udis *im Stübers* - & *Fiſchvveyher - Grund* frequens. Floret Junio & ſeq.

T. XIII. f. 8. α. Radix *annua*, *fibroſa*, Culmi *ſpithamai* ſ. *dodrantales*; *erecti*, *teretiuſculi*, *glabri*, *dichotomi*. Folia culmea *pauca*, *ſubvaginantia*, *linearia*, *carinata*. Bracteæ *lanceolato-ſetacea*, *inferiores foliiformes*. Flores *ſolitarii*, *ſeſſiles*; *unico ſemper in omnibus culmi diviſionibus axillari*, *reliquis*

*verſus ramorum apicem diſpoſitis*, *unilateralibus*, *remotis*. Calycinæ ſquamæ *ovato-acuminatæ*, *albidæ*. (a.) Petala *lanceolato-ſubulata*, (c.) *acutiſſima*; (2) *tria interiora breviora*. (1. c.) Capſula *oblonga*, *ſubtrigona*, *obtuſiſſima*, *fuſca*, *nitida*, *petalis brevior*, (c. p.) *trivalvis*. (q.) Receptaculum *ſubulatum*, *tripartibile*: *Singulæ laciniæ* (y) Semina *utrinque adfiguntur numeroſa*, *fuſca*. (ſ. S.)

Var. β. differt: Culmo *bipedali*, *erectiuſculo*, *ſubdiffuſo*, *infirmiore*, *ad dichotomiam magis nodoſo*; Foliis *numeroſioribus*, *majoribus*; Floribus *ſæpe in faſciculos foliorum excreſcentibus*; Petalis *longioribus*, *ariſtatis*.

c. *Capſulis triſpermis*.

268. Iuncus, *piloſus*, foliis planis piloſis, corymbo ramoſo *Linn. Spec.* 468. *Var.* β. (*Hall.* 1325. & *forte* 1324.?)

H. in ſylvis frequens; *am Homberg*, *Geiſtlichenberg*, alibique parcius. Floret Majo, Junio.

T. XIII. f. 10. Radix *denſa*, *fibroſa*. Culmi *pedales*, *erecti*, *teretes*, *ſubtrinodes*, *foliati*. Folia *vaginantia*, *lineari-lanceolata*, *nervoſa*, *lata*, *plana*: *duo* floralia *inæqualia*, *erecta*, *corymbo breviora*; *omnia marginibus*, & *imprimis* Ligulæ *loco*, *valde piloſa*, *apice calloſa*. Corymbus *umbelliformis*: Pedunculis 7-9, ſ. 11, *ſimplicibus*, *uni-ſeu bifloris*, *rarius bifidis*, *trifloris*, *baſi vaginatis*, *bracteatisque*; *primariis erectis*, *ſecundariis reflexis*. Flores *ſolitarii*. Calycinæ ſquamæ *duæ ovatæ*, *obtuſiſſimæ*. (a.) Cor. Petala *ovato-acuminata*, *æqualia*, *ſpadiceo-purpurea*, *margine albido*, *dein flaveſcente*. (c.) Capſula *ſubgloboſa*, *ſtylo terminata*, (p.) *unilocularis*, *trivalvis*. (r.) Semina *tria*. (ſ.)

269 Iuncus, *niveus*, foliis planis ſubpiloſis, corymbis folio brevioribus, floribus faſciculatis. *Linn. Spec.* 468. (*Hall.* 1328.)

H. in ſylvaticis montoſis aſperis *im Beilſtein*; *am Homberg*; *am Callenbachsberg*, & alibi copioſe. Floret Junio.

T. XIII. f. 9. Radix *lignoſa*, *teres*, *obliqua*, *fibris cirrhoſis*, *fuſcis*. Folia radicalia *numeroſa*, *emarcida*, *culmo breviora*. Culmus 1- ſ. 2-*pedalis*, *erectus*, *teres*, *ſtriatus*, *foliatus*, 4. ſ. 5-*nodis*. Folia culmea *vaginantia*, *latiuſcula*, *nervoſa*, *longiſſime acuminata*, *marginibus* & *imprimis* Ligulæ *loco*, *valde piloſa* Folia *duo* floralia, *minus piloſa*, *anguſtiora*, *corymbos arcuatim ſuperantia*, *ſæpe tantum adæquantia*. Pedunculi *numeroſi*, *alterni*, *longi*, *inæquales*, *apice in* Pedicellos *fere*

*capilla-*

Digitized by Google

*capillares diviſi, & ſubdiviſi.* Corymbi *ſubconvexi, erecti, demum nutantes.* Flores *faſciculati, ſolitarii & conferti, albidi, pulchre purpureo - maculati, nitidi* Calycis Foliola *duo ovata, acuta, ſubciliata.* Corolla *calyce triplo major:* Petala *exteriora tria breviora, ovato - acuta; tria interiora* $\frac{1}{3}$ *longiora, latiora, tenuioraque, lanceolata.* (c. C.) Capſula *ovato - globoſa, acutiuſcula, triſperma.* (p. q. S.).

270. JUNCUS, *campeſtris*, foliis planis ſubpiloſis, ſpicis ſeſſilibus pedunculatiſque. *Linn. Spec.* 468. (*Hall.* 1330.)

β. Juncoides montanum nemoroſum villoſum latifolium elatius; capitulis florum candidis & ſplendentibus. *Mich. Gen.* 42 ?

H. *α.* in paſcuis ſiccis ubique vulgaris. Floret Martio, Aprili. *β.* in montoſis ſylvaticis *hinter dem Homberg.* Floret Majo.

T. XIII. f. 5. Radix *lignoſa, nodoſa, fibroſa, vaginis emarcidis veſtita, oblique deſcendens.* Folia radicalia *lata, plana, undique piloſa, apice calloſa.* Culmus *ſpithamaeus* l *dodrantalis, erectus, teres, ſtriatus, ſubtrinodis, foliatus.* Vaginae *ſtriatae, nudae.* Folia culmea *radicalibus breviora, conſimilia, marginibus inprimis* Ligulae *loco, valde piloſa.* Folia *duo* floralia *alterna, piloſa, pedunculis breviora.* Spicae 3. 4. ſ. 5, *ovatae atro - ſpadiceae, nitidae; pauciores ſubſeſſiles, plures pedunculatae, erectae, demum pendulae, ſubſecundae.* Bracteae *ovatae, acuminatae, membranaceae, albidae.* Flores *in ſingula Spica* 9- 11- 13, *conferti.* Calycinae *ſquamae duae ovatae, albidae.* Petala *ſubaequalia, lanceolato - acuminata, atro - ſpadicea, margine flaveſcente.* (c.) Capſula *triſperma.* p. q.)

Var. β. Folia *anguſtiora, longiora, minus piloſa.* Culmus *ultrapedalis.* Pedunculi 7-9, *longiores.* Spicae *oblongiores, tenuiores, albido - ferruginea, omnes pedunculatae.* Flores *triplo minores, diſtinctiores, minus conferti.* Petala *acuminatiſſima. In reliquis convenit.*

# B. TRIGYNIA.

## COLCHICUM. G. P. 457.

*Spatha. Cor.* 6 - partita : tubo radicato. *Capſulae* tres, connexae, inflatae. S. N. 256.

271. COLCHICUM, *autumnale*, foliis planis lanceolatis erectis. *Linn. Spec.* 485. (*Hall.* 1255.)

H. in

H. in pratis humidiuſculis paſſim. Floret Auguſto & ſequ.

*Pharm.* Colchici Radix.

*Tubus longiſſimus, trigonus, ex baſi bulbi ortus; inferne veſtitus: ſquamis vaginantibus, rudimenta trium foliorum futuri anni includentibus.* Germen *extra radicem (nec intra) columnæ tereti affixum.* Styli *tenerrimi, flexuoſi.* Stigmata *incurva.*

## TRIGLOCHIN. G. P. 453.

*Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3, calyciformia. *Stylus* 0. *Capſ.* baſi dehiſcens. S. N. 256.

272. Triglochin, *paluſtre*, capſulis trilocularibus ſublinearibus. *Linn. Spec.* 482. (*Hall.* 1308.)

H. in pratis diutius inundatis *am ſteinern Waag* abunde. Floret Junio, Julio.

T. XII. f. 5. Radix *biennis, bulboſa, vaginis emarcidis tunicata: baſi emittens fibras filiformes, ſimplices, flaveſcentes.* Folia *culmi baſin veſtientia, linearia, carinato-canaliculata, lævia, culmo breviora.* Vaginæ *ſubcompreſſæ, membrana tenuiſſima, albida, apice prominula, utrinque auctæ.* Culmus *dehinc nudus, dodrantalis, demum ultrapedalis, erectus, ſtrictus, ſubtrigonus, lævis.* Racemus *terminalis, ſubſpicatus.* Flores *exigui, erecti, alterni, breviſſime, demum longius pedunculati.* Bracteæ *nullæ.* Calycis *tria Foliola ovata, obtuſa: nervo medio craſſiore, viridi, ſupra medium deliqueſcente; marginibus albidis.* Corollæ petala *tria cum calyce alternantia, conſimilia, paulo minora, tenuiora, albida, ſubpurpurea:* (c. C.) *Singulo Foliolo Calycino, & ſingulo petalo,* Stamen *unicum,* Filamento *breviſſimo affixum.* (M. c.) Germen *obovatum, ſupra corollam prominens.* Stigmata *tria, acuta, perſiſtentia; ſub floreſcentia ob plumulas numeroſas, reflexas, vix diſtinguenda.* (O) Capſula *obverſe conica,* (p.) *trigona, apice tribus denticulis, (antea ſtigmatibus) coronata;* (p) *baſi anguſtata tribus valvulis dehiſcens ſubulatis;* Receptaculo *lineari-trigono.*

*trigono.* (V) *Singula valvula latere interiore longitudinaliter dehiſcit,* (p. ſ) Semen *demittens acuminatum.* (S.)

*Gramine hoc pecora præ aliis delectantur.*

RUMEX. G.P. 451.

*Calyx* 3-phyllus. *Petala* 3, conniventia. *Semen* unicum, triquetrum. S. N. 254.

a. *Hermaphroditi : valvulis granulo notatis.*

273. RUMEX *Patientia*, floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: unica granifera, foliis cordatis. *Linn. Spec.* 476.

H. ſpontanea quaſi in cultis *am Dollberg*; *am heiligen Floß*; in pratis *am Sieghauß* infrequens. Floret Julio.

*Pharm.* PATIENTIAE Herba.

274. RUMEX, *ſanguineus*, floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: unica granifera, foliis cordato-lanceolatis. *Linn. Spec.* 476.

H. iisdem in locis cum præcedente rarius, Floret Julio.

*Pharm* LAPATHI SANGVINEI Radix, Semina.

275. RUMEX, *conglomeratus. Murray. Prodr. Stirp. Gœtt.* 52.

Lapathum petiolis lateſcentibus, foliis longe lanceolatis, floribus verticillatis verrucoſis. *Hall.* 1590.

H. in foſſis *bey der Walckmühle; in der Altzbach;* alibique copioſe. Floret Julio.

Caulis 1 ſ. 2-*pedalis, erectus, ſulcatus.* Rami *diſtantes, erecto-patentes, ſubdiffuſi.* Folia *ovato-lanceolata, planiuſcula.* Verticilli *numeroſi, remoti: floribus exiguis, copioſiſſimis, glomeratis, reflexis.* Pedicelli *breves; infra articulationem craſſiores, purpurei.* Valvulæ *oblongæ, integerrimæ, omnes graniferæ: granulo purpureo* ſ. *fulvo inſtructæ.*

276. RUMEX, *criſpus*, floribus hermaphroditis: valvulis integris graniferis, foliis lanceolatis undulatis acutis. *Linn. Spec.* 476. (*Hall.* 1589.)

H. in

H. in agris, *ad vias*, ubique pervulgaris. Floret Junio & ſequ.

277. RUMEX, *acutus*, floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis. *Linn Spec.* 478. (*Hall.* 1591.)

H. in foſſis, ad ripas *Dillæ am ſteinern Waag* rarius. Floret Julio.

*Pharm.* LAPATHI ACUTI Radix.

278. RUMEX, *obtuſifolius*, floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato oblongis obtuſiuſculis crenulatis. *Linn Spec.* 478. (*Hall.* 1592.)

H. ad foſſas, ſecus vias ubique vulgaris. Floret Julio, Auguſto.

Valvulæ corollæ *integerrimæ*, Antheſi *peracta tantum dentatæ*, *triplo majores.*

b. *Hermaphroditi: valvulis granulo deſtitutis ſ. nudis.*

279. RUMEX, *aquaticus*, floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis glabris acutis. *Linn.* S. N. 255. *Spec.* 479. (*Hall.* 1588.)

H. ad ripas *Dillæ am ſteinern Waag* rarius. Floret Junio, Julio. ✠

RUMEX, *ſcutatus. Linn. Spec* 480. (*Hall.* 1594.)

Planta gallo-provincialis, quæ alias in hortis hoſpitatur, ſponte quaſi valde luxuriat: ad ſepes in graminoſis *am heiligen Floß.* Floret Junio.

c. *Floribus diclinis.*

280. RUMEX, *Acetoſa*, floribus dioicis, foliis oblongis ſagittatis. *Linn. Spec.* 481. (*Hall.* 1597.)

H. in pratis & pomariis paſſim. Floret Junio.

*Pharm.* ACETOSÆ Radix, Herba.

Maris Calyx *patens*, Feminæ *reflexus.*

281. RUMEX, *Acetoſella*, floribus dioicis, foliis lanceolato-haſtatis. *Linn. Spec.* 481. (*Hall.* 1596.)

H. in collibus ſiccis apricis paſſim; *am Homberg* & *Dollberg* copioſe. Foliis non haſtatis ludit. Floret Majo & ſeq.

C. POLY-

Digitized by Google

## C. POLYGYNIA.

ALISMA. G. P. 460.

*Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Semina* plura. S. N. 257.

282. Alisma, *Plantago aquatica*, foliis ovatis acutis, fructibus obtuſe trigonis. *Linn. Spec.* 486. (*Damaſonium. Hall.* 1184.)

H. in foſſis ſtagnis & rivulis paſſim. Floret Julio, Auguſto.

# CLASSIS VII.

# HEPTANDRIA.

## MONOGYNIA.

ÆSCULUS. G. P. 462.

*Cal.* 1-phyllus, 5-dentatus, ventricoſus. *Cor.* 5-petala, inæqualiter colorata. calyci inſerta. *Capſ.* 3-locularis. S. N. 259.

283. Æsculus, *Hippo Caſtanum*, floribus heptandris. *Linn. Spec.* 488. (*Hippocaſtanum. Hall.* 1029. ***)

H. arbor procera intra urbem *am Lövven*; junior ad portam horti mei *am Sieghäuſer Weg.* Floret Junio.

# CLASSIS VIII.

# OCTANDRIA.

## A. MONOGYNIA.

* *Flores completi.*

EPILOBIUM. G. P. 471.

*Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Capſ.* oblonga, infera. *Sem.* papposa. S. N. 264.

a. *Stami-*

Digitized by Google

a. *Staminibus declinatis.*

284. Epilobium, *anguſtifolium*, foliis ſparſis lineari-lanceolatis, floribus inæqualibus. *Linn. Spec.* 493. (*Hall.* 1000.)

H. in montoſis ſylvaticis *am Homberg*; ad verſuras *auf der Weisgärber - und Sandwieſe*; alibique frequens. Floret Julio.

b. *Staminibus erectis regularibus, petalis bifidis.*

285. Epilobium, *hirſutum*, foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis decurrenti amplexicaulibus. *Linn. Spec.* 494. (*Hall* 995.)

β. Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta, parvo flore. *Bauh. Pin.* 245.

H. α, & β, ad ripas *Dillæ* & *an der Mühlbach* abunde. Floret Julio, Auguſto.

286. Epilobium, *montanum*, foliis oppoſitis ovatis dentatis. *Linn. Spec.* 494. (*Hall.* 996.)

H. in montoſis ad radices rupium *am Homberg* & *Dollberg* frequens. Floret Julio.

287. Epilobium, *tetragonum*, foliis lanceolatis denticulatis: imis oppoſitis, caule tetragono. *Linn. Spec.* 494. (*Hall.* 997.)

H. ad foſſas paſſim, *an der Mühlbach* frequens. Floret Julio.

288. Epilobium, *paluſtre*, foliis oppoſitis lanceolatis integerrimis, petalis emarginatis, caule erecto. *Linn. Spec.* 495 (*Hall.* 998.)

H. in pratis humentibus juxta rivulos *im Güldnersgrund.* Floret Auguſto.

*In hoc & præcedente* Stigma *craſſiuſculum clavatum, apice ſubquadrifidum.*

OENOTHERA. G. P. 469.

*Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Capſ.* cylindrica, infera. *Sem.* nuda. S. N. 263.

289. Oenothera, *biennis*, foliis ovato-lanceolatis planis, caule muricato-villoſo. *Linn.* S. N. 263. *Spec.* 492. (*Hall.* 994.)

H. ad

H. ad verſuras & margines agrorum *an der Weisgärber Wieſe* & alibi rarius. Floret Julio, Auguſto.

## VACCINIUM. G. P. 483.

*Cal.* ſuperus. *Cor.* 1-petala. *Filamenta* receptaculo inſerta. *Bacca* 4-locularis, polyſperma. S. N. 267.

a. *Foliis annotinis ſ. deciduis.*

290. VACCINIUM, *Myrtillus*, pedunculis unifloris, foliis ſerratis ovatis deciduis, caule angulato. *Linn. Spec.* 498. (*Hall.* 1020.)

H. unico in loco inter Juniperos *am Stützelberg* verſus *Ballersbach*; *im Ebersbacher - und Freyengrund* copioſiſſime. Floret Majo.

Calyx *integerrimus, orbiculatus.* Corolla *urceolata*, *apice* 4-ſ. 5-*fida.* Stam. 8 ſ. 10. Bacca 4-ſ. 5-*locularis.*

*Pharm.* MYRTILLI Baccæ.

b. *Foliis ſemper virentibus.*

291. VACCINIUM, *Vitis idæa*, racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis integerrimis ſubtus punctatis. *Linn. Spec.* 500. (*Hall.* 1022.)

H. in ſylvaticis montoſis ad *Dietz.* Floret Majo. ♃.

292. VACCINIUM, *Oxycoccos*, foliis integerrimis revolutis ovatis, caulibus repentibus filiformibus nudis. *Linn. Spec.* 500. (*Hall.* 1023.)

H. in paludoſis inter Sphagnum paluſtre *im Ebersbacher - und Freyengrund.* Floret Majo, Junio.

Baccæ *rubra*, *acidiſſima.*

## ERICA. G. P. 484.

*Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-fida. *Filamenta* receptaculo inſerta. *Antheræ* bifidæ. *Capſ.* 4-locularis. S. N. 268.

293. ERICA, *vulgaris*, antheris bicornibus incluſis, corollis inæqualibus campanulatis mediocribus, foliis oppoſitis ſagittatis. *Linn. Spec.* 501. (*Hall.* 1012.)

β. Erica vulgaris glabra flore albo. *Tournef. inſt.* 602.

H. α, in ſteriliſſimis campis paſſim; β. verſus *Schönbach* & *Guſternhayn* rarius. Floret Julio, Auguſto.

G Singu-

*Singulus* Pedunculus *unicum Foliolum ſagittatum pro* Bractea, *duo in medio oppoſita pro* Involucro; *& plura decuſſata ſibi invicem impoſita, pro* Calyculo *habet.*

Calycina foliola *lanceolata.* Corolla *ventricoſa ſemiquadrifida.* Antheræ *bifidæ, acutæ, interiore latere dehiſcentes; pone baſin ſquamis duabus lanceolato-acuminatis, piloſis, patentibus, inſtructæ.* Stylus *adſcendens:* Stigma *ſubquadratum, excavatum, in foveola ſigno cruciformi notatum; margine coronatum: quatuor ſphærulis (veris ſtigmatibus) ſtipitatis.* Capſula *cernua.*

### ** *Flores incompleti.*

### DAPHNE. G. P. 485.

*Cal.* o. *Cor.* 4-fida, corollacea, marceſcens, ſtamina includens. *Bacca* 1-ſperma. S. N. 271.

294. Daphne, *Mezereum*, floribus ſeſſilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. *Linn Spec.* 509. (*Thymelæa. Hall.* 1024.)

H. in ſylvaticis montoſis *am Homberg* parcius; ad *Erbach* alibique copioſe. Floret Martio & Aprili.

*Pharm.* Laureolae Cortex, Coccognidii Semina.

## B. TRIGYNIA.

### POLYGONUM. G. P. 495.

*Cal.* o. *Cor.* 5-partita, calycina. *Sem.* 1, angulatum. S. N. 275.

a. Biſtorta *ſpica unica.*

295. Polygonum, *Biſtorta*, caule ſimpliciſſimo monoſtachio, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. *Linn. Spec.* 516. (*Hall.* 1559.)

H. in pratis udis *in der Aue* & alibi copioſiſſime. Floret Majo, Junio.

*Pharm.* Bistortae Radix.

b. Perſicariæ *piſtillo bifido, aut ſtamina minus* 8.

296. Polygonum, *amphibium*, floribus pentandris ſemidigynis, ſpica ovata. *Linn.* S. N. 275. *Spec.* 517. (*Hall.* 1565.)

*α. Aquatica* natans, foliis obtuſis glaberrimis, ſtaminibus corolla brevioribus.

*β. Ter-*

Digitized by Google

*β. Terreſtris*, erecta, foliis acutiuſculis ſcabris, ſtaminibus corolla longioribus.

H. *α.* in foſſis & fluviis *in der Dille auf der Herrn Wieſe*, alibique copioſe. Floret Junio, Julio.

*β.* in cultis *in der Pitze* & *vor dem Homberg*, peſſimum vitium, rariſſime florens.

Stamina *in β terreſtri, non ſemper corolla longiora.* Semen *ovatum, compreſſum.*

297. POLYGONUM, *Hydropiper*, floribus hexandris ſemidigynis, foliis lanceolatis, ſtipulis ſubmuticis. *Linn. Spec.* 517. (*Hall.* 1554.)

H. ad foſſas ubique vulgaris, *an der Mühlbach* cum ſequente copioſe. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* PERSICARIAE Herba.

Planta *primario gelu tacta rubeſcit.* Vaginæ *ſtipulares arctæ, truncatæ, nervoſæ, nervis parallelis in ſetas deſinentibus, ciliatæ.* Spicæ *graciles, longæ, nutantes, floſculis remotiuſculis, geminis, ſeu ternis, ex ſingula ſquama truncata vaginante.* Stamina *Corolla* $\frac{1}{3}$ *breviora.* Semen *ſubtrigonum.*

298. POLYGONUM, *Perſicaria*, floribus hexandris digynis, ſpicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, ſtipulis ciliatis. *Linn. Spec.* 518. (*Hall.* 1557.)

H. cum præcedente copioſe. Floret Julio, Auguſto.

Vaginæ *ſtipulares oblique truncatæ, laxæ, nervoſæ, nervis interruptis, inæqualibus, non prominentibus, ora pubeſcente vix ciliatæ.* Pedunculi *ſubdiviſi*, Bracteis *ovato-ſubulatis.* Spicæ *craſſiuſculæ:* Floribus *confertis, quaternis ex ſingula ſquama ovato-acuta, amplexante.* Stamina *longitudine Corollæ.* Semen *compreſſum, obtuſum.*

c. Polygonum *foliis indiviſis, floribus octandris.*

299. POLYGONUM, *aviculare*, floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. *Linn. Spec.* 519. (*Hall.* 1560.)

H. in viis, plateis, cultis, arvis & agris ubique. Floret æſtate.

*Pharm.* CENTUMNODIAE ſ. POLYGONI Herba.

d. Helxine, *foliis ſubcordatis.*

300. POLYGONUM, *Fagopyrum*, foliis cordato-ſa-

gittatis, caule erectiuſculo inermi, ſeminum angulis æqualibus. *Linn. Spec.* 522. (*Hall.* 1563.)

H. in cultis *auf dem Hinterſand*; inter ſegetes *am Galgenberg* frequens. Floret Julio.

Glandulæ 8 *cingunt Germinis baſin.* Filamenta 8, *longitudine Corollæ*: 4 *inter glandulas & germen*: 4 *inter glandulas & corollam.* Semen *nudum*, *vix baſi tectum.*

301. Polygonum, *Convolvulus*, foliis cordatis, caule volubili angulato, floribus obtuſatis. *Linn.* S. N. 276. *Spec.* 522. (*Hall.* 1561.)

H. in agris arvis & cultis paſſim. Floret Julio, Auguſto.

Corollæ *laciniæ tres exteriores carinatæ, obtuſiſſimæ, duæ interiores planiores, anguſtioreſque.* Stamina *corolla* $\frac{1}{2}$ *breviora.* Antheræ *violaceæ.* Caulis *angulato-ſtriatus.*

302. Polygonum, *dumetorum*, foliis cordatis, caule volubili lævi, floribus carinato-alatis. *Linn. Spec.* 522. (*Hall.* 1562.)

H. in ſepibus & dumetis *vor dem Gebâude*; *bey der Walkmühle*; *auf der Sandwieſe* frequens. Floret Julio, Auguſto.

Corollæ *tres laciniæ exteriores dorſo membrana undulata auctæ, duæ interiores nudæ.* Antheræ *albidæ.* Caulis *leviſſime ſtriatus.*

*In hoc & præcedente* Stylus *unicus brevis.* Stigmata 3, *globoſa, approximata.*

# C. TETRAGYNIA.

## ADOXA. G. P. 501.

*Cal.* 2-fidus, inferus. *Cor.* 4. ſ. 5 fida, ſupera. *Bacca* 4. ſ. 5-locularis, calyce coalita. S. N. 278.

303. Adoxa, *Moſchatellina. Linn. Spec.* 527. (*Moſchatellina. Hall.* 1005.)

H. in umbroſis ad ſepes *bey der obern Walckmühle*; *auf dem Ræßler*; in nemoroſis *bey Erbach* frequens. Floret Aprili, Majo.

Capitulum *quinque floribus compoſitum*: Flore *terminali quadrifido, octandro, tetragyno, Calyce bifido*; *lateralibus* 4, 5-*fidis, decandris, pentagynis, Calyce ſæpe trifido.* Bacca *globoſa, acutiuſcula, ſupra medium calyce cincta.* Semina *arillata, ſeu membrana carnoſa a pulpa Baccæ diſtincta, veſtita. Rariſſime*

Digitized by Google

*riſſime* Fructus *reperiuntur*, *quoniam proprio pondere dependent*, *& foliis aliiſque plantis abſconduntur.*

PARIS. G. P. 500.

*Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4, anguſtiora. *Bacca* 4-locularis. S. N. 278.

304. Paris, *quadrifolia. Linn. Spec.* 527. (*Hall.* 1006.)

H. in ſylvis & nemoribus paſſim. Floret Majo.
*Pharm.* Paridis Radix, Herba, Baccæ.

# CLASSIS X.

# DECANDRIA.

## A. MONOGYNIA.

*Flores polypetali æquales.*

MONOTROPA. G. P. 536.

*Cal.* 0 *Petala* 10; horum 5 exteriora baſi excavato-mellifera. *Capſ.* 5-valvis. S. N. 296.

305. Monotropa, *Hypopithys*, floribus lateralibus octandris: terminali decandro. *Linn. Spec.* 555. (*Hypopithys. Hall.* 1002.)

H. in ſylvis, radicum paraſitica imprimis Quercuum, *im Hiſchberg* frequens; *in Theriotropheo* parcius. Floret Julio, Auguſto.

PYROLA. G. P. 554.

*Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capſula* 5-locularis, angulis dehiſcens. S. N. 301.

306. Pyrola, *rotundifolia*, ſtaminibus adſcendentibus, piſtillo declinato. *Linn. Spec.* 567. (*Hall.* 1010.)

H. in ſylvis rarius, *im Hirſchberg* infrequens. Floret Junio. ✠
*Pharm.* Pyrolae Herba.

307. Pyrola, *minor*, floribus racemoſis diſperſis, ſtaminibus piſtillisque rectis. *Linn. Spec.* 567. (*Hall.* 1009.)

H. in ſylvis *in der Hörre*; *im Hirſchberg* copioſe; *im Thiergarten* & *Beilſtein* rarius Floret Junio, Julio.

308. Pyrola, *ſecunda*, racemo unilaterali. *Linn. Spec.* 567. (*Hall.* 1008.)

H. in ſylvis, *in der Hörre* verſus *Dreisbach* copioſe. Floret Julio.

309. Pyrola, *uniflora*, ſcapo unifloro. *Linn. Spec.* 568. (*Hall.* 1011.)

H. in ſylvis, *im Hirſchberg* rarius. Floret Junio, Julio. ♃

# B. DIGYNIA.

## SCLERANTHUS. G. P. 562.

*Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Sem.* 2, calyce incluſa. S. N. 306.

310. Scleranthus, *annuus*, calycibus fructus patulis. *Linn. Spec.* 580. (*Hall.* 1551.)

H. in agris & arvis arenoſis *am Dollberg*; *hinter dem Schloſs*; *auf dem Homberg* frequens. Floret Julio, Auguſto.

Radice *annua*; Caulibus *longioribus*, *minus ramoſis*; Foliis *remotioribus*; Calycis *laciniis acutioribus*, *viridibus*, *vix albido-marginatis*; Staminibus 5 ſ. 7, *breviſſimis*, & Calyce *fructus patulo*, *a ſequente diſtinguitur.*

311. Scleranthus, *perennis*, calycibus fructus clauſis. *Linn. Spec.* 580. (*Hall.* 1550.)

H. in campis & arvis ſterilibus paſſim. Floret Majo & ſeq.

Calycis *laciniæ obtuſæ*, *albido-marginatæ*, *patentes*, *fructu maturo conniventes. In hoc & in præcedente*, Semen *conſtanter unicum*, *oſſea capſula incluſum*, *nec duo*, *invenire potui.*

## CHRYSOSPLENIUM. G.P. 558.

*Cal.* 4-ſ. 5-fidus, coloratus. *Cor.* o. *Capſ.* 2-roſtris, unilocularis, polyſperma. S.N. 303.

312. Chryosplenium, *alternifolium*, foliis alternis. *Linn. Spec.* 569. (*Hall.* 1548.)

H. in nemoroſis humidis ad *Breidſcheid*; *in denen Steinkammern bey Erbach* copioſe; circa *Amdorf*, verſus Theriotropheum rarius. Floret Aprili, Majo.

Flores *etiam primarii in noſtrate Planta plerumque quadrifidi*, *octandri.*

313. Chry-

313. CHRYSOSPLENIUM, *oppoſitifolium*, foliis oppoſitis. *Linn. Spec.* 569. (*Hall.* 1549.)

H. in ſylvaticis udis *im Hirſchberg*, *in des Herrn Ort* ad *Gundersdorf* frequens. Floret Majo.

Caule *tenuiori*, *æquali-tetragono*, *lævi: lateribus duobus oppoſitis latioribus planioribus*, *duobus anguſtioribus canaliculatis*; Foliis *omnibus oppoſitis*, *minoribus*, *ſubrotundis*, *obiter minusque profunde crenatis*; radicalibus *in florente planta fere nullis*. Petiolis *lævibus*; Floribus *paucioribus*, *diſtinctioribus*, *in noſtrate omnibus quadrifidis octandris*, *foliisque multo minoribus bracteatis*; *a præcedente hæc* Species *notabiliter ſe diſtinguit*.

## SAXIFRAGA. 559.

*Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 2-roſtris, unilocularis, polyſperma. S. N. 303.

314. SAXIFRAGA, *granulata*, foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoſo, radice granulata. *Linn. Spec.* 576. (*Hall.* 976.)

H. in pratis ſiccis *am Rehberg*; in collibus apricis *am Güldnersgrund*; *Stützelberg*; & alibi frequens. Floret Majo, Junio.

*Pharm.* SAXIFRAGAE ALBAE Semina. (radicis granula.)

315. SAXIFRAGA, *tridactylites*, foliis caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoſo. *Linn. Spec.* 578. (*Hall.* 986.)

H. in rupeſtribus *am Stützelberg* & *Rehberg*; ad muros *pomœrii* & *cœmeterii* frequens. Floret Aprili, Majo.

## GYPSOPHILA. G. P. 563.

*Cal.* 1-phyllus, campanulatus, angulatus. *Petala* 5, ovata, ſeſſilia. *Capſula* globoſa, unilocularis. S. N. 306.

316. GYPSOPHILA, *muralis*, foliis linearibus planis, calycibus aphyllis, caule dichotomo, petalis crenatis. *Linn. Spec.* 583. (*Saponaria. Hall.* 903.)

H. in agris *in der Aue*; in arvis *hinter dem Schloß* parcius; in campis ſterilibus *auf dem Stützelberg* copioſe. Floret Auguſto.



Digitized by Google

## SAPONARIA. G. P. 564.

*Cal.* 1-phyllus, nudus. *Petala* 5, unguiculata. *Capſula* oblonga, 1-locularis. S. N. 307.

317. Saponaria, *officinalis*, calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. *Linn. Spec.* 584. (*Hall.* 908.

H. ad ſepes & vias paſſim. Floret Junio, Julio.
*Pharm.* Saponariae Radix, Herba.

318. Saponaria, *Vaccaria*, calycibus pyramidatis quinquangularibus, foliis ovatis acuminatis ſeſſilibus. *Linn. Spec.* 585. (*Hall.* 907.)

H. in arvis *auf dem Homberg* rarius. Floret Junio, Julio.

## DIANTHUS. G. P. 565.

*Cal.* cylindricus, 1-phyllus: baſi ſquamis 4. *Petala* 5, unguiculata. *Capſ.* cylindrica, 1-locularis. S. N. 307.

319. Dianthus, *carthuſianorum*, floribus ſubaggregatis: ſquamis calycinis ovatis ariſtatis tubum ſubæquantibus, foliis trinerviis. *Linn.* S. N. 307. *Spec.* 586. (*Tunica. Hall.* 899.)

H. in campis ſterilibus apricis *auf dem Stützelberg* frequens. Floret Julio.

320. Dianthus, *Armeria*, floribus aggregatis faſciculatis: ſquamis calycinis lanceolatis villoſis tubum æquantibus. *Linn. Spec.* 586. (*Hall.* 900.)

H. in ſylvaticis montoſis *am Homberg* & *Fiſchvveyher-Grund*, alibique infrequens. Floret Julio, Auguſto.

321. Dianthus, *prolifer*, floribus aggregatis capitatis: ſquamis calycinis ovatis obtuſis muticis tubum ſuperantibus. *Linn. Spec.* 587. (*Hall.* 901.)

H. in campis ſterilibus & collibus apricis, *hinter dem Schloß*; *am Dollberg* alibique frequens. Floret Julio, Auguſto.

b. *Flores ſolitarii, plures in eodem caule.*

322. Dianthus, *diminutus*, floribus ſolitariis: ſquamis calycinis octonis florem ſuperantibus. *Linn. Spec.* 587? (*Hall.* 901. *var. γ. præc.*)

H. in

H. in ſteriliſſimis campis *auf dem Callenbachsberg*. Floret Junio, Julio

Caule *ramoſiori, minus erecto, floribus ſæpe ſolitariis, nec in capitulum congeſtis, a præcedente vix differt.*

323. DIANTHUS, *deltoides*, floribus ſolitariis, ſquamis calycinis lanceolatis binis, corollis crenatis. *Linn Spec* 588.

H. in paſcuis ſiccis, *hinter dem Schloſs, am Homberg, Rehberg,* & alibi frequens. Floret Junio, Julio.

# C. TRIGYNIA.

## ARENARIA. G. P. 569.

*Cal.* 5-phyllus, patens. *Petala* 5, integra. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma. S. N. 312.

324. ARENARIA, *trinervia*, foliis ovatis acutis petiolatis nervoſis. *Linn. Spec.* 605. (*Alſine. Hall.* 878.)

H. in ſylvaticis umbroſis; ad ſepes in pomariis paſſim. Floret Junio & ſeq.

325. ARENARIA, *ſerpillifolia*, foliis ſubovatis acutis ſeſſilibus, corollis calyce brevioribus. *Linn. Spec.* 606. (*Hall.* 875.)

H. ad muros urbis & cœmeterii; in glareoſis aridis paſſim. Floret Majo & ſequ.

*In hac & in præcedente* Petala *calyce duplo breviora*; Capſula *cernua pedunculo horizontali, uti in* Stellariis, *apice* 6-(*nec* 5-) *fariam dehiſcens.*

326. ARENARIA, *rubra*, foliis filiformibus, ſtipulis membranaceis vaginantibus. *Linn. Spec.* 606. (*Hall.* 872.)

H. in arvis *am Rehberg*, in agris *im Güldnersgrund* rarius. Floret Junio.

327. ARENARIA, *tenuifolia*, foliis ſubulatis, caule paniculato, capſulis erectis, petalis calyce brevioribus lanceolatis. *Linn.* S. N. 313. *Spec.* 607. (*Hall.* 866.)

H. in ſcopulis *am Stützelberg*; in rupibus verſus theriotropheum abunde; in muris pontis novi rarius. Floret Junio.

Radix *annua*. Caulis *ſpithamæus, erectus, dichotomus, demum paniculatus*. Folia *ſubulata, baſi connata, ſupra plana, ſubtus*



Digitized by Google

*ſubtus convexa*, *apice acuto purpureo*, *internodiis breviora*. Pedunculi *uniflori*, *erecti*. Calycina *foliola lanceolata*, *mucrone intus purpureo*, *vix albido-marginata*, *lævia*; *uti* Bracteæ *in ſicca trinervia*. Petala *ovata*, *obtuſa*, *lactea*, *ungue brevi*, *Calyce dimidio fere breviora*. Stamina *in primariis floribus* 10, *in ſerioribus* 7-9, *longitudine petalorum*. Antheræ *didyma*, *carnea*, *polline hyalino*. Styli 3, *longitudine ſtaminum*. Capſula *erecta*, *ovato-trigona*, *calyce paulo longior*, *apice valvulis tribus obtuſiuſculis dehiſcens*. Semina *punctata*, *fuſca*.

## STELLARIA. G.P. 568.

*Cal.* 5-phyllus, patens. *Petala* 5, bipartita. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma. S.N. 311.

328. STELLARIA, *nemorum*, foliis cordatis petiolatis, panicula pedunculis ramoſis. *Linn. Spec.* 603. (*Myoſotis. Hall.* 886.)

H. in nemoroſis ad pagum *Erbach*; in umbroſis *im Zwinger*, alibique frequens. Floret Majo.

Caule *ſesquipedali*, *tereti*, *ſubhirto*. Foliis *pubeſcentibus*, *ſubtus pallidioribus*: *inferioribus cordatis petiolatis*, *intermediis lato-lanceolatis ſubpetiolatis*, *ſuperioribus ovatis ſeſſilibus*. Floribus *erecto-patulis ſubcampaniformibus*; Calyce *lævi*; Stylis *tribus*. Pedunculis *fructu maturo cernuo*, *horizontalibus*; Capſulis *ovato-cylindraceis*, *ſexvalvibus*; *loco natali ſemper umbroſo*; *temporeque florendi præcociori*, (Majo,) a Ceraſtio *aquatico*, *cui ſimillima*, *facillime dignoſcenda*.

329. STELLARIA, *Holoſtea*, foliis lanceolatis ſerrulatis, petalis bifidis. *Linn. Spec.* 603. (*Alſine. Hall.* 884.)

H. in ſylvaticis umbroſis & ad ſepes paſſim. Floret Majo, Junio.

330. STELLARIA, *graminea*, foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. *Linn. Spec.* 604. (*Hall* 882.)

*α*. Caryophyllus arvenſis glaber flore minore. *Bauh. Pin.* 210.

*β*. Alſine, folio gramineo anguſtiore, paluſtris. *Dillen. append.* 69.

H. *α*, in pratis juxta rivulos paſſim; *β* in ſalicetis *an der Dille*. Floret Junio, Julio.

*α*, Caulis *paniculatus*. Flos *patentiſſimus*. Petala *ultra medium bipartita*. *β*, Caulis *altior*, *minus ramoſus*. Flores *duplo majo-*

Digitized by Google

*majores, erecto-patentes.* Petala *ſemibifida.* Capſula *in utraque calyce minor, apice ſex valvi dehiſcens.*

331. Stellaria, *dilleniana*, foliis lanceolatis integerrimis, caule procumbente.

Alſine aquatica, folio gratiolæ, ſtellato flore. *Dillen. Cat. app.* 39. (*Alſine. Hall.* 881.)

Var. γ. præcedentis. Linn. *Flor. Suec. Edit.* II. *no.* 393.

H. in foſſis & rivulis pratorum abunde; *an der Mühlbach* frequens. Floret Maio.

Foliis *lanceolatis, baſi ciliatis;* Pedunculis *ternis axillaribus, ex caulis medio apiceque tantum prodeuntibus, baſi duobus foliolis lanceolatis in ala folii ſeſſilibus, bracteatis; lateralibus* 2 *trifidis, trifloris*: Pedicellis *peracta floreſcentia divaricatiſſimis, apice incraſſatis.* Petalis *calyce brevioribus, ad unguem uſque bipartitis, laciniis diſtantibus.* Staminibus 5 *unguibus petalorum,* 5 *totidem glandulis germen cingentibus, inſertis; a priori differt. Nonne hæc planta his notis a præcedente ſatis diſcrepans, tanquam propria* Species *proponi meretur* ?

## CUCUBALUS. G. P. 566.

*Cal.* inflatus. *Petala* 5, unguiculata, abſque corona ad faucem. *Capſ.* 3-locularis. S. N. 308.

332 Cucubalus, *Behen*, calycibus ſubgloboſis glabris reticulato-venoſis, capſulis trilocularibus, corollis ſubnudis. *Linn. Spec.* 591. (*Viſcago. Hall.* 913.)

H. in pratis montoſis, & ad verſuras paſſim. Floret Junio, Julio.

## SILENE. G. P. 567.

*Cal.* ventricoſus. *Petala* 5, unguiculata: coronata ad faucem. *Capſula* trilocularis. S. N. 309.

333. Silene, *nutans*, petalis bifidis, floribus lateralibus ſecundis cernuis, panicula nutante. *Linn. Spec.* 596. (*Viſcago. Hall.* 915.)

H. in pratis ſylvaticis *am Rehberg* alibique frequens. Floret Majo, Junio.

Capſula *ſexfariam apice dehiſcit in hac & præcedente.*

D. PEN-

Digitized by Google

# D. PENTAGYNIA.

## SEDUM. G. P. 579.

*Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Squamæ* nectariferæ 5, ad baſin germinis. *Capſ.* 5. S. N. 316.

334. Sedum, *Telephium*, foliis planiuſculis ſerratis, corymbo folioſo, caule erecto. *Linn. Spec.* 616. (*Hall.* 954.)

α, Telephium (*album*) vulgare. *Bauh. Pin.* 287.

β, Telephium (*purpureum*) purpureum majus. *Bauh. Pin.* 287.

H. α, in agris *in der Aue*, alibique; β, in ſiccis aſperis *am Dollberg*; ad ſepes *am Siegbäuſer Weg*. Floret Auguſto.

*Pharm.* α. Telephii Radix, Fabariæ Folia.

335. Sedum, *reflexum*, foliis ſubulatis ſparſis baſi ſolutis: inferioribus recurvatis. *Linn. Spec.* 618. (*Hall.* 967.)

H. in collibus ſiccis apricis paſſim; *am Dollberg* copioſe. Floret Julio, Auguſto.

Corolla Petalis 6-7-8-9. *cum totidem* Germinibus, *duploque* Staminum *ſæpiſſime ludit.*

336. Sedum, *album*, foliis oblongis obtuſis teretiuſculis ſeſſilibus patentibus, cyma ramoſa. *Linn. Spec.* 619. (*Hall.* 959.)

H. in rupibus *am Homberg*; in muris urbis & pontis novi frequens. Floret Julio.

337. Sedum, *acre*, foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis alternis, cyma trifida. *Linn. Spec.* 619. (*Hall.* 966.)

H. in campis & collibus ſiccis ſterilibus paſſim. Floret Junio.

*Pharm.* Sedi minoris Herba.

338. Sedum, *ſexangulare*, foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis ſexfariam imbricatis. *Linn. Spec.* 620. (*Hall.* 965.)

H. ſimilibus locis, cum præcedente *am Dollberg* rarius. Floret Julio.

339 Sedum, *villoſum*, caule erecto, foliis planiuſculis pedunculiſque ſubpiloſis. *Linn. Spec.* 620. (*Hall.* 962.)



Digitized by Google

H. in paludoſis *im Hirſchberg*, *in des Herrn Ort* ad *Gunderſdorf* copioſe; ad pagum *Breitſcheid* rarius. Floret Julio.

## SPERGULA. G. P. 586.

**Cal.** 5-phyllus. *Petala* 5, integra. *Capſ.* ovata, unilocularis, 5-valvis. S. N. 321.

340. SPERGULA, *arvenſis*, foliis verticillatis, floribus decandris. *Linn. Spec.* 630. (*Alſine. Hall.* 873.)

H. in arvis & agris inter Linum *in der Aue*, alibique frequens. Floret Julio & ſeq.

341. SPERGULA, *pentandra*, foliis verticillatis, floribus pentandris. *Linn. Spec.* 630.

H. in ſterilibus glareoſis *auf der Sandwieſe*; jam dudum lecta nunc rariſſima planta. Floret Majo.

342. SPERGULA, *nodoſa*, foliis oppoſitis ſubulatis lævibus, caulibus ſimplicibus. *Linn. Spec.* 630. (*Hall.* 871.)

H. in pratis udis *im Pulvers-Grund*. Floret Julio.

## CERASTIUM. G. P. 585.

**Cal.** 5-phyllus. *Petala* bifida. *Capſula* 1-locularis, apice dehiſcens. S. N. 320.

a. *Capſulis oblongis.*

343. CERASTIUM, *vulgatum*, foliis ovatis, petalis calyci æqualibus, caulibus diffuſis. *Linn. Spec.* 627. (*Myoſotis. Hall.* 893.)

H. in pomariis & pratis ſiccis paſſim. Floret Majo & ſequ.

344. CERASTIUM, *viſcoſum*, erectum villoſo-viſcoſum. *Linn. Spec.* 627. (*Hall.* 895.)

H. in paſcuis ſterilibus, *hinter dem Schloß*, alibique. Floret Majo.

345. CERASTIUM, *ſemidecandrum*, floribus pentandris, petalis emarginatis. *Linn. Spec.* 627. (*Hall.* 894.)

H. in paſcuis macilentis *am Homberg* rarius; ad pagum *Erbach* frequens. Floret Majo.

346. CERASTIUM, *arvenſe*, foliis lineari-lanceolatis obtuſis glabris, corollis calyce majoribus. *Linn. Spec.* 628. (*Hall.* 889.)

H. in paſcuis, verſuris, & ad vias paſſim. Floret Majo, Junio.

b. *Capſu-*

Digitized by Google

b. *Capſulis ſubrotundis*.

347. CERASTIUM, *aquaticum*, foliis cordatis ſeſſilibus, floribus ſolitariis, fructibus pendulis. *Linn. Spec.* 629. (*Hall* 885.)

H. ad foſſas, locis humentibus *unter der neuen Brücke*; *an der Mühlbach* copioſe. Floret Julio, Auguſto.

Caule *tripedali*, *ſubtetragono*, *glabro*, *ſubramoſo*: *geniculis carinaque foliorum rufeſcentibus*. Foliis *cordatis*, *glabris*, *amplexicaulibus*, *margine undulatis*; *ſuperioribus pubeſcentibus*. Floribus *patentiſſimis*; Pedunculis Calycibusque *viſcoſis pubeſcentibus*. Petalorum *laciniis latioribus*, *diſtantibus*; Stylis *quinque*; Pedunculis *fructu maturo recto*, *nutantibus*. Capſulis *calyce conniventi tectis*, *ovatis*, 5-*valvibus*. Valvis *bifidis*, *reflexis*; *Tempore florendi ſeriori*; (Auguſto) *Loco natali ſemper humente*, *a* Stellaria *nemorum diſtinguitur*.

## AGROSTEMA G. P. 583.

*Cal.* 1-phyllus, coriaceus. *Petala* 5, unguiculata: *Limbo* obtuſo, indiviſo. *Capſ.* unilocularis. S. N. 319.

348. AGROSTEMA, *Githago*, hirſuta, calycibus corollam æquantibus, petalis integris nudis. *Linn. Spec.* 624. (*Lychnis. Hall.* 926.)

H. in agris inter ſegetes frequens. Floret Junio.

## LYCHNIS. G. P. 584.

*Cal.* 1-phyllus, oblongus, lævis. *Petala* 5, unguiculata: *Limbo* ſubbifido. *Capſ.* 5-locularis. S. N. 319.

349. LYCHNIS, *Flos cuculi*, petalis quadrifidis, fructu ſubrotundo. *Linn. Spec.* 625. (*Hall.* 921.)

H. in pomariis & pratis humidis paſſim. Floret Majo, Junio.

Capſula *unilocularis*.

350. LYCHNIS, *dioica*, floribus dioicis. *Linn. Spec.* 626. (*Hall.* 923.)

H. in dumetis & ſepibus paſſim. Floret Junio & ſequ.

Capſula *unilocularis*, *apice* 10-*fariam dehiſcens*, *valvulis revolutis*. Petalis 4-*fidis ludit*. Hermaphroditam *nondum vidi*.

## OXALIS. G. P. 582.

*Cal.* 5-phyllus. *Petala* unguibus connexa. *Capſ.* angulis dehiſcens, 5-gona. S. N. 318.

a. *Scapo*

Digitized by Google

a. *Scapo radicali.*

351. Oxalis, *Acetoſella*, ſcapo unifloro, foliis ternatis, radice ſquamoſa articulata. *Linn. Spec.* 620. (*Hall.* 928.)

H. in ſylvis & nemoribus abunde; *in dem Haynvvinckelgen* parcius. Floret Aprili, Majo.

*Pharm.* Acetosellæ Herba.

b. *Foliis caulinis alternis.*

352. Oxalis, *corniculata*, pedunculis umbelliferis, caule ramoſo diffuſo *Linn. Spec.* 623. (*Hall.* 929.)

H. in cultis & hortis ad *Dillenburg.* Floret Junio.

# CLASSIS XI.

# DODECANDRIA.

## A. MONOGYNIA.

### ASARUM. G. P. 589.

*Cal.* 3-ſ. 4-fidus, germini inſidens. *Cor.* o. *Capſ.* coriacea, coronata. S. N. 325.

353. Asarum, *europæum*, foliis reniformibus obtuſis binis. *Linn. Spec.* 633. (*Hall.* 1547.)

H. in ſylvis & nemoroſis frequens, *am Homberg* parcius. Floret Aprili.

*Pharm.* Asari Radix, Herba.

### LYTHRUM. G. P. 604.

*Cal.* 12-fidus. *Petala* 6, calyci inſerta. *Capſula* 2-locularis, polyſperma. S. N. 328.

354. Lythrum, *Salicaria*, foliis oppoſitis cordato-lanceolotis, floribus ſpicatis dodecandris. *Linn. Spec.* 640. (*Salicaria. Hall.* 854.)

H. ad ripas *Dillæ* frequens. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* Salicariæ Herba.

## B. DIGYNIA.

### AGRIMONIA. G. P. 607.

*Cal.* 5-dentatus, altero obvallatus. *Petala* 5. *Sem.* 2, in fundo calycis. S. N. 329.



Digitized by Google

355. AGRIMONIA, *Eupatoria*, foliis caulinis pinnatis: impari petiolato, fructibus hiſpidis. *Linn. Spec.* 643. (*Hall.* 991.)

H. in paſcuis ſiccis, ad verſuras vulgaris. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* AGRIMONIÆ Herba.

# C. TRIGYNIA.

## RESEDA. G. P. 608.

*Cal.* 1-phyllus, partitus. *Petala* laciniata. *Capſ.* ore dehiſcens, 1-locularis. S. N. 329.

356. RESEDA, *Luteola*, foliis lanceolatis integris baſi utrinque unidentatis, calycibus quadrifidis. *Linn* S. N. 329. *Spec.* 643. (*Hall.* 1058.)

H. in ſterilibus *am Dollberg*; *auf dem Hinter-Sand*, alibique frequens. Floret Julio, Auguſto.

## EUPHORBIA. G. P. 609.

*Cor.* 4-ſ. 5-petala, calyci inſidens. *Calyx* 1-phyllus, ventricoſus. *Capſ.* 3-cocca. S. N. 330.

a. *Umbella trifida.*

357. EUPHORBIA, *Peplus*, umbella trifida: dichotoma, involucellis ovatis, foliis integerrimis obovatis petiolatis. *Linn. Spec.* 653. (*Tithymalus. Hall.* 1049.)

H. in cultis inter olera abunde. Floret Julio, Auguſto.

Petala *bicornia*. Fructus *tricarinatus*: *carina membranacea undulato-crenata, ſulco diviſa.* Semina *pulchre reticulata.*

358. EUPHORBIA, *exigua*, umbella trifida: dichotoma, involucellis lanceolatis, foliis linearibus. *Linn. Spec.* 654. (*Hall.* 1048.)

Tithymalus (*acuta*) ſ. Eſula exigua. *Bauh. Pin.* 291.

Tithymalus (*retuſa*) ſ. Eſula exigua foliis obtuſis. *Bauh. Pin.* 291.

H. α, in agris poſt meſſem *am Homberg*; β, *in der Altzbach* copioſiſſime. Floret Julio, Auguſto.

Caulis *vix niſi ad baſin ramoſus, umbella ſæpius brevior.* Folia *linearia*: in α, *acutiuſcula*; in β, *truncata, retuſa, cum mucro-*

*mucrone.* Involucra & Involucella *ovato - lanceolata, baſi inæqualia, uno latere latiore.* Flores *omnes fertiles, exigui.* Petala 4, *bicornia.* Capſula *lævis.* Semina *ſubreticulata.*

b. *Umbella quinquefida.*

359. Euphorbia, *dulcis*, umbella quinquefida: bifida, involucellis ſubovatis, foliis lanceolatis obtuſis integerrimis. *Linn. Spec.* 656. (*Hall.* 1051.)

H. in ſylvaticis montoſis ad *Breitſcheid.* Floret Majo, Junio.

Radix *perennis, horizontalis, denſa, annulata, baſi fibroſiſſima.* Caules *plures, herbacei, pedales, erecti, ſubteretes, glabri; Coma ante floreſcentiam nutante.* Folia *alterna, ſeſſilia, patentia, lanceolata, obtuſa, tenera; ſupra lævia, ſubtus pallidiora, molliſſime albido - villoſa: Epidermide ſæpius circa coſtam ſecedente, ſubinflata.* Umbella *radiis* 5: Pedunculis *bifidis, rarius bis bifidis, nec ultra.* Involucrum *pentaphyllum: foliolis ovato - lanceolatis, folio veſtitu ſimillimis.* Involucella *duo, ovato - cordata, baſi truncata, acutiuſcula, utrinque lævia; marginibus uti Involucra & Folia ſuperiora, ſubtiliſſime ſerrulata.* Rami *fertiles ex ſuperioribus foliorum alis, aphylli, pedunculis ſimillimi: quorum tres ſuperiores ſæpe umbellæ adeo approximati, ut hæc octofida octoniſque involucri foliolis inſtructa, primo intuitu videatur.* Flos *primarius ramorum & pedunculorum in ſemel bifidis fertilis, in bis bifidis ſemper ſterilis.* Calyx *turbinatus, quadridentatus, pubeſcens.* Petala *quatuor, ſubrotunda, pelviformia, flava, ungue breviſſimo.* Capſula *glandulis purpureis conicis verrucoſa.* Semina *ovata, lævia. Succus plantæ lacteus inſipidus, non acris.*

360. Euphorbia, *helioſcopia*, umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus ſerratis. *Linn. Spec.* 658. (*Hall.* 1050.)

H. in cultis inter olera paſſim. Floret Julio, Auguſto.
*Pharm.* Esulæ Herba.

c. *Umbella multifida.*

361. Euphorbia, *Eſula*, umbella multifida: bifida, involucellis ſubcordatis, petalis ſubbicornibus, ramis ſterilibus, foliis uniformibus. *Linn. Spec.* 660. (*Hall.* 1046.)

H. in ſylvaticis montoſis, inter lapidum acervos *im Beilſtein;* jam dudum lecta. Floret Majo.



Digitized by Google

362. Euphorbia, *Cypariſſias*, umbella multifida: dichotoma, involucellis ſubcordatis, ramis ſterilibus, foliis ſetaceis, caulinis lanceolatis. *Linn. Spec.* 661. (*Hall.* 1047)

H. in paſcuis ſterilibus *im Thiergarten* abunde. Floret Majo.

# D. DODECAGYNIA.

## SEMPERVIVUM. G. P. 612.

*Cal.* 12-partitus. *Petala* 12. *Capſulæ* 12, polyſpermæ. S. N. 335.

363. Sempervivum, *tectorum*, foliis ciliatis, propaginibus patentibus. *Linn. Spec.* 664. (*Sedum. Hall.* 949.)

H. in tectis frequens. Floret Julio.

*Pharm.* Sempervivi maioris Herba.

Petala, Stamina, Germina, Nectariaque 12-18.

# CLASSIS XII.

# ICOSANDRIA.

# A. MONOGYNIA.

## PHILADELPHUS. G. P. 614.

*Cal.* 4-ſ. 5-partitus, ſuperus. *Petala* 4-ſ. 5. *Capſ.* 4-ſ. 5-locularis, polyſperma. S. N. 339.

364. Philadelphus, *coronarius*, foliis ſubdentatis. *Linn. Spec.* 671. (*Hall.* 1100.)

H. in dumetis *am Homberg*; ad ſepes frequens. Floret Junio.

## PRUNUS. G. P. 620.

*Cal.* 5-fidus, inferus. *Petala* 5. *Drupæ* nux ſuturis prominulis. S. N. 341.

365. Prunus, *Padus*, floribus racemoſis, foliis deciduis baſi ſubtus biglanduloſis. *Linn. Spec.* 677. (*Padus. Hall.* 1086.)

H. in ſepibus ad *Beilſtein*; in dumetis verſus *Langenaubach*. Floret Majo.

366.

Digitized by Google

366. Prunus, *Ceraſus*, umbellis ſubpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis glabris conduplicatis. *Linn.* S. N. 342. *Spec.* 679. *var.* α. (*Ceraſus. Hall.* 1083.)

H. in ſylvaticis *am Homberg*; ad ſepes paſſim. Floret Majo.

*Pharm.* Cerasorum acidorum Fructus.

367. Prunus, *avium*, umbellis ſeſſilibus, foliis ovato-lanceolatis ſubtus pubeſcentibus conduplicatis. *Linn.* S N. 342. *Spec.* 680. (*Hall.* 1082.)

H. in ſylvis, ad pagos *Hirſchberg* & *Fleisbach* frequens. Floret Majo.

Fructu *rubro*, & *nigro variat.*

*Pharm.* Cerasorum nigrorum Fructus. (potius Nuclei.)

368. Prunus, *domeſtica*, pedunculis ſubſolitariis, foliis lanceolato-ovatis convolutis, ramis muticis. *Linn. Spec.* 680. (*Prunus. Hall.* 1079.)

α. Prunus. *Bauh. Pin.* 443.

β. Pruna majora dulcia & parva atro-cærulea. *Bauh. Pin.* 443. *no.* 23.

H. α & β in ſepibus & dumetis *am Homberg*, alibique frequens. Floret Majo.

*Pharm.* β, Pruni damascenæ Fructus.

369. Prunus, *inſititia*, pedunculis geminis, foliis ovatis ſubvilloſis convolutis, ramis ſpineſcentibus. *Linn.* S.N. 342. *Spec.* 680. (*Hall.* 1081.)

H. in ſepibus ad pagum *Breitſcheid*. Floret Majo.

370. Prunus, *ſpinoſa*, pedunculis ſolitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis ſpinoſis. *Linn. Spec.* 681. (*Hall.* 1080.)

H. in dumetis & ſepibus paſſim. Floret Aprili.

*Pharm.* Acaciæ Flores, Fructus.

## B. DIGYNIA.

### CRATÆGUS. G. P. 622.

*Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* infera, 2-ſperma. S. N. 342.

371. Cratægus, *Aria*, foliis ovatis inciſis ſerratis ſubtus tomentoſis. *Linn.* S. N. 342. *Spec.* 681. (*Meſpilus. Hall.* 1089.)

H. in ſylvaticis montoſis *am Callenbachs-Berg*. Floret Majo? Flores nondum vidi.

372. CRATÆGUS, *torminalis*, foliis cordatis ſeptangulis: lobis infimis divaricatis. *Linn. Spec.* 681. (*Meſpilus. Hall.* 1088.)

H. in ſylvis *im Hirſchberg; in der Hörre*. Floret Majo. ✠

373. CRATÆGUS, *Oxyacantha*, foliis obtuſis ſubtrifidis ſerratis. *Linn. Spec.* 683. (*Meſpilus. Hall.* 1087.)

H. in ſepibus dumetis & ſylvis paſſim. Floret Majo.

# C. TRIGYNIA.

## SORBUS. G. P. 623.

*Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* infera, 3-ſperma.. S. N. 343.

374. SORBUS, *aucuparia*, foliis pinnatis utrinque glabris. *Linn. Spec.* 683. (*Meſpilus. Hall.* 1091.)

H. in ſylvis frequens. Floret Majo.

*Pharm.* SORBI AUCUPARIÆ Baccæ.

# D. PENTAGYNIA.

## MESPILUS. G. P. 625.

*Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* infera, 5-ſperma. S. N. 343.

375. MESPILUS, *Cotoneaſter*, inermis, foliis ovatis integerrimis: ſubtus tomentoſis. *Linn.* S. N. 343. *Spec.* 686. (*Meſpilus. Hall.* 1093.)

H. in rupibus, & quidem unico tantum in loco umbroſo, *am Homberg über der Lithau*. Floret Aprili, Majo.

*Loco natali plerumque* Styli *tres in* Flore, *&* Semina *tria in* Fructu *pyriformi umbilico pervio, obſervavi.* Petala *calyce vix majora, conniventia.*

## PYRUS. G. P. 626.

*Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Pomum* inferum, 5-loculare, polyſpermum. S. N. 344.

376. PYRUS, *communis*, foliis ſerratis, floribus corymboſis. *Linn.* S. N. 344. *Spec.* 686. (*Hall.* 1096.)

H. in ſylvis & ad pagos frequens. Floret Majo.

377. Pyrus, *Malus*, foliis ſerratis, umbellis ſeſſilibus. *Linn. Spec.* 686. (*Hall.* 1097.)

H. in ſylvis, ad vias & pagos paſſim. Floret Majo.

SPIRÆA. G. P. 630.

*Cal.* 5 - fidus. *Petala* 5. *Capſulæ* polyſpermæ. S. N. 347.

378. Spiræa, *Ulmaria*, foliis pinnatis: impari majore lobato, floribus cymoſis. *Linn. Spec.* 702. (*Filipendula. Hall.* 1135.)

H. ad ripas *Dillæ* paſſim; *an der Mühlbach* frequens. Floret Julio.

*Pharm.* Ulmariæ Radix, Flores.

## E. POLYGYNIA.

ROSA. G. P. 631.

*Petala* 5. *Cal.* urceolatus, 5 - fidus, carnoſus, collo coarctatus. *Semina* plurima, hiſpida, calycis interiori lateri affixa. S. N. 348.

379. Rosa, *Eglanteria*, germinibus globoſis pedunculisque glabris, caule aculeis ſparſis rectis, petiolis ſcabris, foliolis acutis. *Linn. Spec.* 703?

Roſa ſpinis aduncis, foliis ſubtus rubiginoſis. *Hall.* 1103.

H. in ſepibus & ſylvis paſſim. Floret Majo, Junio.

H. in ſylvaticis montoſis muſcoſis *am Homberg* & *Galgenberg* frequens. Floret Aprili, Majo.

Radix *biennis*. Caulis *ſpithamaus*, *erectus*, *ſubramoſus*. Folia radicalia *numeroſa*, *ſubdentata*, *rarius integra*, *infima petiolata*: caulina *cordato-oblonga*, *amplexicaulia*, *ſinuato-dentata*. Corymbi Flores *ante explicationem purpurei*. Calyx *æqualis*, *erecto-patulus*. Petala *alba*, *calyce duplo longiora*. Stamina *diſtantia*, *longitudine fere petalorum*: Antheris *purpureis*. Stylus *longitudine Germinis*. Silicula *oblongo-obcordata*, *ſubtus convexa*, *margine tenui acuto cincta*. Semina 6 ſ. 8.

507. THLASPI, *perfoliatum*, ſiliculis obcordatis, foliis caulinis cordatis glabris ſubdentatis, petalis longitudine calycis, caule ramoſo. *Linn. Spec.* 902. (*Naſturt. Hall.* 510.)

H. in arvis & campis ſterilibus ad pagum *Ballersbach* rarius. Floret Majo.

508. THLASPI, *Burſa paſtoris*, ſiliculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. *Linn. Spec.* 903. (*Naſturt. Hall.* 514.)

H. in agris arvis & cultis paſſim. Floret tota æſtate.

*Pharm.* BURSÆ PASTORIS Herba.



Digitized by Google

# B. SILIQVOSÆ.

* *Calyx clauſus foliolis longitudinaliter conniventibus.*

## RAPHANUS. G. P. 822.

*Cal.* clauſus. *Siliqua* toroſa, ſubarticulata, teres, *Glandulæ* melliferæ 2 inter ſtamina breviora & piſtillum, totidem inter ſtamina longiora & calycem. S. N. 445.

509. Raphanus, *Raphaniſtrum*, ſiliquis teretibus articulatis lævibus uniloculatibus. *Linn. Spec.* 935. (*Hall.* 468.)

H. inter ſegetes æſtivas, alibique frequens. Floret Junio, Julio.

Corollæ Petala *flava*; *albida venis violaceis in noſtrate rariſſima.*

## ERYSIMUM. G. P. 814.

*Siliqua* columnaris, exacte tetraëdra. *Calyx* clauſus. S. N. 441.

510. Erysimum, *officinale*, ſiliquis ſpicæ adpreſſis, foliis runcinatis. *Linn. Spec.* 922. (*Hall.* 478.)

H. in cultis & ruderatis, ad vias vulgaris. Floret æſtate.

*Pharm* Erysimi Herba.

511. Erysimum, *Barbarea*, foliis lyratis extimo ſubrotundo. *Linn. Spec.* 922. (*Hall.* 479.)

H. in foſſis, ad ripas *Dillæ* frequens Floret Majo.

512. Erysimum, *Alliaria*, foliis cordatis. *Linn. Spec.* 922. (*Hall.* 480.)

H. in pomariis ad ſepes paſſim. Floret Majo & ſequ.

*Pharm.* Alliariae Herba.

513. Erysimum, *cheyrantboides*, foliis lanceolatis integerrimis, ſiliquis patulis. *Linn.* S.N. 441. *Spec.* 923. (*Hall.* 477.)

H. in arvis *am Dollberg*; in ruderatis *auf dem Hinterſand* rarius. Floret Junio, Julio.

## ARABIS. G. P. 818.

*Glandulæ* nectariferæ 4, ſingulæ intra calycis foliola, ſquamæ inſtar reflexæ. S. N. 443.

514. ARABIS, *thaliana*, foliis petiolatis lanceolatis integerrimis. *Linn. Spec.* 929. (*Hall* 452.)
H. in arvis & agris ſterilibus paſſim. Floret Aprili, Majo. Folia radicalia *ſubſerrata*, *ſetis furcatis ſcabra*.

## BRASSICA. G. P. 820.

*Cal.* erectus, connivens. *Sem.* globoſa. *Glandula* inter ſtamina breviora & piſtillum, interque longiora & calycem. S. N. 444.

a. *Stylo obtuſiuſculo.*

515. BRASSICA, *campeſtris*, radice cauleque tenui, foliis caulinis uniformibus cordatis ſeſſilibus. *Linn. Spec.* 931. (*Eruca. Hall.* 457.)
H. in agris inter Hordeum ad pagos *Amdorf* & *Burgk* parcius. Floret Junio.

516. BRASSICA, *Napus*, radice caulescente fuſiformi. *Linn. Spec.* 931.
H. in agris inter ſegetes alibique frequens. Floret Majo. *Pharm.* NAPI Semina.

b. Eruca *ſiliquis ſtylo enſiformi.*

517. BRASSICA, *Erucaſtrum*, foliis runcinatis, caule hiſpido, ſiliquis lævibus. *Linn.* S. N. 444. *Spec.* 932. (*Eruca. Hall.* 459.)
H. ad vias & margines agrorum ad pagum *Fleisbach* rarius. Floret Junio & ſequ.

## TURRITIS. G. P. 819.

*Siliqua* longiſſima, angulata. *Calyx* connivens, erectus. *Corolla* erecta. S. N. 443.

518. TURRITIS, *Braſſica*, foliis omnibus glabris: caulinis cordato-ſagittatis amplexicaulibus, radicalibus ovatis petiolatis.
BRASSICA, *alpina*. *Linn.* S. N. 444. *Mantiſſ.* 95. (*Turritis. Hall.* 454.)
H. in ſylvaticis montoſis *am Homberg* & *Beilſtein* parcius; in nemoroſis ad *Erbach* & *Breitſcheid* frequens. Floret Majo.
Radix *perennis*. Caulis *ſimplex*, *ſesquipedalis*, *erectus*, *teres*, *glaber*. Folia radicalia *petiolata*, *ovata*, *firma*, *glabra*, *ſubtus rubra*: *marginalibus denticulis exiguis*, *calloſis*, *remotis*; *ſub planta floreſcentia emarcida*, *fere nulla*. Folia caulina *amplexicaulia*, *patentia*, *glabra*, *cordato-ſagittata*, *acuminata carinata*,



Digitized by Google

*rinata, integerrima, glauca, ſubtus albidiora.* Corymbus *anguſtatus.* Calycis Foliola *erecta, ſubconniventia, flaveſcentia: quorum duo latiora convexa, duo oppoſita anguſtiora plana, paulo longiora.* Petala *alba, lineari-oblonga, obtuſiſſima, calyce duplo longiora: unguibus erectis, lamina (loco natali umbroſo) erecto-patente.* Stamina *duo longitudine calycis, totidem* Glandulis *nectariferis inſerta; quatuor calyce longiora, nulla glandula inſtructa:* Antheris *ſagittatis, flavis, apice reflexis.* Germen *ſubtetragonum, fuſco-purpureum, longitudine ſtaminum.* Stylus *nullus.* Stigma *obtuſum, capitatum.* Siliqua *longiſſima, ſtricta, erecta pedunculo patente, obtuſa, tetragona: angulis duobus oppoſitis ſubcompreſſis;* Diſſepimento *valvulis ſubæquali, apice non prominente.* Semina *numeroſa, obovata, compreſſa, ſubemarginata.*

519. TURRITIS, *glabra*, foliis radicalibus dentatis hiſpidis; caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. *Linn. Spec.* 930. (*Hall.* 455.)

H. ad margines agrorum *bey der Weisgärber Wieſe*; in ſylvaticis montoſis *am Rehberg*, alibique. Floret Junio.

520. TURRITIS, *hirſuta*, foliis omnibus hiſpidis; caulinis amplexicaulibus. *Linn. Spec.* 930. (*Hall.* 456.)

H. in ſylvaticis theriotrophei rarius. Floret Junio.

## DENTARIA. G. P. 811.

*Siliqua* elaſtice diſſiliens valvulis revolutis. *Stigma* emarginatum. *Calyx* longitudinaliter connivens. S. N. 438.

521. DENTARIA, *bulbifera*, foliis inferioribus pinnatis, ſummis ſimplicibus. *Linn. Spec.* 912. (*Hall.* 470.)

H. in ſylvis, *in der Hörre*; *im Hirſchberg* frequens. Floret Majo.

** *Calyx hians foliolis ſuperne diſtantibus.*

## CARDAMINE. G. P. 812.

*Siliqua* elaſtice diſſiliens valvulis revolutis. *Stigma* integrum. *Calyx* ſubhians. S. N. 438.

522. CARDAMINE, *impatiens*, foliis pinnatis inciſis ſtipulatis, floribus apetalis. *Linn. Spec.* 914. (*Hall.* 471.)

H. in ſylvaticis humidis *im Hirſchberg* frequens. Floret Majo.

Radix

Radix *biennis*. Caulis *acutangulatus*, *lævis*. Stipulæ *piloſæ*. Flos *in noſtrate conſtanter apetalus*.

523. Cardamine, *parviflora*, foliis pinnatis exſtipulatis, foliolis lanceolatis obtuſis, floribus corollatis. *Linn.* S. N. 439. *Spec.* 914.

• Cardamine caule foliiſque hirſutis, pinnis ſubrotundis. *Hall.* 472. *α.* addend. III. 184.

H. in nemoroſis umbroſis humidis *im Hirſchberg* ad pagum *Gundersdorf*. Floret Majo.

Radix *annua*. Caulis *ultra medium uſque*, Petioli & Folia *inferiora pilis raris patulis ſubhirta*. Stipulæ *nullæ*, Flores *magnitudine* T. *Burſæ paſtoris*. Petala 4, *alba*. Stamina *ſex*.

524. Cardamine, *hirſuta*, foliis pinnatis, floribus tetrandris. *Linn. Spec.* 915.

Cardamine tetraſtemon, caule glabro, foliis ſubhirſutis, imis ſubrotundis. *Hall.* 472. *β.* add. III. 184.

H. in arvis & paſcuis ſterilibus *auf der Sandwieſe*; olim lecta, nunc rariſſima planta. Floret Junio.

Flores *paulo majores quam in præcedente*. Petala *alba*. Stamina 4: *duo breviora ſemper deficientia*.

525. Cardamine, *pratenſis*, foliis pinnatis: foliolis radicalibus ſubrotundis, caulinis lanceolatis. *Linn. Spec.* 915 (*Hall.* 473.)

H. in pomariis & pratis humidis paſſim. Floret Majo.

526. Cardamine, *amara*, foliis pinnatis, axillis ſtoloniferis. *Linn. Spec.* 915. (*Hall.* 474.)

H. in nemoroſis ad pagos *Sinn* & *Gundersdorf*; ſecus rivulos *im Zwinger*; *an der Mühlbach* parcius. Floret Majo.

## SINAPIS. G. P. 821.

*Cal.* patens. *Cor.* ungues recti. *Glandula* inter ſtamina breviora & piſtillum, interque longiora & calycem. S. N. 444.

527. Sinapis, *arvenſis*, ſiliquis multangulis toroſo-turgidis lævibus roſtro ancipiti longioribus. *Linn.* S. N. 444. *Spec.* 933. (*Sinapi. Hall.* 467.)

H. in agris inter ſegetes æſtivas, alibique vulgatiſſima. Floret Majo & ſequ.

## SISYMBRIUM. G. P. 813.

*Siliqua* dehiſcens valvulis rectiuſculis. *Calyx* patens. *Corolla* patens. S. N. 439.

a. *Siliquis declinatis brevibus.*

528. SISYMBRIUM, *Naſturtium aquaticum*, ſiliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis ſubcordatis. *Linn. Spec.* 916. (*Hall.* 482.)

H. in rivulis, ad ſcaturigines, in ſylvaticis udis ad *Breitſcheid* & *Langenaubach* frequens. Floret Junio.

*Pharm.* NASTURTII AQVATICI Herba.

529. SISYMBRIUM, *ſylveſtre*, ſiliquis declinatis oblongo-ovatis, foliis lanceolatis ſerratis. *Linn. S. N.* 439. *Spec.* 916. (*Hall.* 485.)

H. ad margines foſſarum *auf der Sandwieſe*, jam dudum ſecta. Floret Junio.

530. SISYMBRIUM, *amphibium*, ſiliquis declinatis oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis ſerratis. *Linn Spec.* 917.

α. *paluſtre.* Radicula foliis pinnatis, pinnis dentatis, petalis calyce brevioribus. *Hall.* 487.

β. *aquaticum.* Radicula foliis integris, aut pinnatifidis, petalis calyce longioribus. *Hall.* 486. α.

γ. *terreſtre.* Radicula foliis inferioribus ovatis ſerratis, ſuperioribus ſemipinnatis. *Hall.* 486. β.

H. α, in foſſis *im Judenweyher*; β. ad ripas *Dillæ*; γ. *an der Mühlbach* alibique. Floret Majo & ſequ.

b. *Caule nudo.*

531. SISYMBRIUM, *arenoſum*, caule ſubfolioſo ramoſo, foliis lyratis rectangulo-dentatis hiſpidis: pilis ramoſis. *Linn. Spec.* 919. (*Eruca. Hall.* 462.)

H. in arvis & pratis ſterilibus *hinter dem Homberg* rarius. Floret Majo.

Petala *violacea*. Foliorum *ſeta bi-ſ. trifidæ*, *caulina ſimplices.*

c. *Foliis pinnatis.*

532. SISYMBRIUM, *Sophia*, petalis calyce minoribus, foliis decompoſito-pinnatis. *Linn. Spec.* 920. (*Hall.* 484.)

H. in ruderatis *auf dem Hinterſand*, alibique rarius. Floret Majo, Junio.

*Pharm.* SOPHIÆ Semina.

CLAS-

# CLASSIS XVI.

# MONADELPHIA.

## A. DECANDRIA.

### GERANIUM. G. P. 832.

Monogyna. *Stigmata* 5. *Fructus* roſtratus, 5-coccus. S. N. 452.

a. *Staminibus quinque antheriferis.*

533. Geranium, *cicutarium*, pedunculis multifloris, floribus pentandris, foliis pinnatis inciſis obtuſis, caule ramoſo. *Linn.* S. N. 454. *Spec.* 951. (*Hall.* 944.)

*H.* in arvis ruderatis & cultis paſſim. Floret Aprili & ſequ. Vernalis Planta Caule *nullo*, Scapo *radicali*, Petalis *ſuperioribus duobus macula notatis*; æſtivalis Caule *ramoſo, procumbente*, Petalis *omnibus immaculatis. In hoc & ſequentibus ſub ſingulo filamento breviore*, Squama *nectarifera exigua.*

534. Geranium, *puſillum*, pedunculis bifloris, petalis emarginatis, caule depreſſo, foliis reniformibus palmatis linearibus acutis. *Linn.* S. N. 456. *Spec.* 957. (*Hall.* 940.)

*H.* in ſterilibus ad ſepes hortorum, *am Homberg*, alibique frequens. Floret Majo.

Radix *annua*. Caules *plures*, *depreſſi*, *procumbentes*, *ramoſi*, *diffuſi*, *læves*, *ſeu pube vix per lentem conſpicua tactu molles.* Folia radicalia *ſeptiloba*, caulina *omnia oppoſita, quinqueloba*: *lobis linearibus*, *trifidis*, *acutis*: Stipulis *piloſis*; Petiolis Pedunculis*que depreſſis*. Bracteæ 4, *lanceolata*, *ſubpiloſa*. Pedicelli *declinati*, *demum erecti*, *apice incraſſati.* Calycina foliola *mutica*, *piloſa*. Petala *obcordata*, *cærulea*, *calyci non longiora.* Stamina 5 *caſtrata*, 5 *antherifera*: Antheris *cæruleſcentibus*. Stigmata *albida*, *patula*. *Roſtrum* Fructus *tenue*, *breve*. Arilli *fuſci*, *nitidi*, *læves*, *per lentem ſetis ſurſum adpreſſis veſtiti.*

b. *ſtaminibus* 10 *antheriferis.*

535. Geranium, *ſylvaticum*, pedunculis bifloris, foliis ſubpeltatis quinquelobis inciſo-ſerratis, caule



Digitized by Google

caule erecto, petalis emarginatis. *Linn. Spec.* 954. (*Hall.* 932.)

H. in ſylvaticis *im Hirſchberg*; ad pagos *Breitſcheid* & *Langenaubach*, alibique rarius. Floret Majo, Junio.

Caulis *ſeſquipedalis, erectus, teres, glaber, nudus; ſuperne dichotomus, folioſus.* Pedunculi *ex caulis diviſionibus & axillis foliorum ſuperiorum, erecti, bi - rarius triflori: terminales plures* (*ſæpe* 4) *ſubuniflori, faſtigiati.* Pedicelli *breves, apice vix incraſſati, ſub & poſt floreſcentiam erecti.* Flos *campanulato - patens.* Calycina *foliola ſubvilloſa, ariſtata: ariſtis fructu maturo recurvis.* Petala *ſubemarginata, cærulea, venis* 5 *purpureis.* Stigmata *erecta.*

536. GERANIUM, *paluſtre*, pedunculis bifloris longiſſimis declinatis, petalis integris, foliis quinquelobis inciſis. *Linn. Spec.* 954. (*Hall.* 933.

H. in foſſis & dumetis ad margines pratorum *bey der untern Papiermühle*, alibique frequens. Floret Julio.

Caulis *ſæpe cubitalis, obliquus, ſubprocumbens, pubeſcens, ſexangulatus, angulis obtuſis: duobus oppoſitis depreſſioribus; geniculis valde incraſſatis; ramis divaricatis.* Pedunculi *biflori, longi.* Pedicelli *longi poſt floreſcentiam declinati, apice incraſſati.* Flos *patens.* Calycis *foliola nervoſa, lævia, ariſtata: ariſtis maturo fructu erectis.* Petala *magna, integra, ſubſanguinea, venis* 7 *ſaturatioribus.* Stigmata *recurva.*

537. GERANIUM, *pratenſe*, pedunculis bifloris, foliis ſubpeltatis multipartitis rugoſis acutis, petalis integris, *Linn.* S. N. 455. *Spec.* 954. (*Hall.* 931.)

H. in pratis ſucculentis ad *Erbach*, infrequens. Floret Julio.

*Plantam hanc mihi adhuc dubiam, nondum ſufficienter examinare licuit.*

538. GERANIUM, *robertianum*, pedunculis bifl[illegible]is, calycibus piloſis decemangulatis. *Linn. Spec.* 955. (*Hall.* 943.)

H. in umbroſis, ad ſepes frequens. Floret Majo & ſequ.

*Pharm.* GERANII ROBERTIANI Herba.

539. GERANIUM, *molle*, pedunculis bifloris foliiſque floralibus alternis, petalis bifidis calycibus muticis, caule erectiuſculo. *Linn.* S. N. 455. *Spec.* 955? (*Hall.* 939?)

H. in cultis, ad ſepes hortorum *am Dollberg* & *Homberg* infrequens. Floret Majo, Junio.

*Tota Planta tactu molliſſima.* Caules *pauci, erectiuſculi, vix ramoſi: pilis raris patulis adſperſi.* Folia radicalia *ſemiſeptiloba;*

*ba*; Caulina *alterna*, *remota*, *quinqueloba*: *lobis ſubtrifidis*, *obtuſis*. Stipulæ 4 *emarcidæ*. Pedunculi *oppoſitifolii*, *alterni*, *piloſi*. Bracteæ 4 *exiguæ*, *rubræ*. Pedicelli *reflexo - declinati*, *apice vix incraſſati*. Calycina Foliola *ovata*, *mutica*, *mucrone breviſſimo rubro*. Petala *ſemibifida*, *ſubſanguinea*, *venis tribus ſaturatioribus*, *calyci longiora*. Stamina *omnia antherifera*: Antheris *cæruleis*. Stigmata *patula*, *purpurea*. Fructus *roſtrum breve*, *craſſiuſculum*, 5 *ſulcatum*, *leve*. Arilli *nudi*, *tranſverſim rugoſi*. Caules *in culta Planta ramoſiores*; Foliorum *lobi obtuſiſſimi*. His notis a G. *puſillo* (noſtro) cui ſimile, caute diſtinguendum; ob Folia lobata & Petala ſemibifida eſſe nequit G. *rotundifolium*, cujus ſpecimina tantum deflorata hucuſque a me lecta, nondum ſatis perſcrutari & cum G. *molli* conferre licuit.

540. GERANIUM, *columbinum*, pedunculis bifloris folio longioribus, foliis quinquepartito-multifidis, arillis glabris, calycibus ariſtatis. *Linn.* S. N. 455. *Spec.* 956. (*Hall.* 938.)

H. in umbroſis, ad ſepes *am Dollberg*, alibique frequens. Floret Junio, Julio.

Pedunculi *longiſſimi*. Calyx *ariſtatus ariſtis longis*, *nervoſus*, *fructu maturo maximus*, *pedicellis longis*, *declinatis*. Petala *ſubſanguinea*, *trivenia*, *emarginata*, *vel retuſa interjecto mucrone*, *calyce nec ariſtis longiora*. *Arilli & roſtrum lævia*.

541. GERANIUM, *diſſectum*, pedunculis bifloris, foliis quinquepartito-trifidis, petalis emarginatis longitudine calycis, arillis villoſis. *Linn.* *Spec.* 956. (*Hall.* 937.)

H. in cultis paſſim. Floret Junio, Julio.

Stipulæ & Bracteæ *purpureæ*, *nitidæ*. Calycina *foliola piloſa*, *ariſtata*. Petala *ſanguinea*, *emarginata*, *calycis longitudine*. Pedicelli *breviſſimi*, *declinati*: *Roſtrum arillique piloſi*.

542. GERANIUM, *rotundifolium*, pedunculis bifloris, petalis ſubintegris longitudine calycis, caule proſtrato, foliis reniformibus incisis. *Linn.* S. N. 456. *Spec.* 957. (*Hall.* 941.)

H. in cultis *in der Pitze* rarius. Floret Junio & ſeq. ✠

## B. POLYANDRIA.

### MALVA. G. P. 841.

*Cal.* duplex: exterior triphyllus. *Arilli* plurimi, monoſpermi S. N. 459.

543. Malva, *rotundifolia*, caule proſtrato, foliis cordato-orbiculatis obſolete quinquelobatis, pedunculis fructiferis declinatis. *Linn.* S. N. 460. *Spec.* 969. (*Hall.* 1070.)

H. in cultis, ruderatis, ad vias paſſim. Floret æſtate.

*Pharm.* Malvæ vulgaris Herba, Flores, Semina.

544. Malva, *ſylveſtris*, caule erecto herbaceo, foliis ſeptemlobatis acutis, pedunculis petiolisque piloſis. *Linn. Spec.* 969. (*Hall.* 1069.)

H. ad ſepes hortorum & quidem unico tantum in loco: *in der Höhle am Dollberg*. Floret Junio & ſequ.

545. Malva, *criſpa*, caule erecto, foliis angulatis criſpis, floribus axillaribus glomeratis. *Linn. Spec.* 970.

H. in cultis oleraceis *vor dem Homberg*, ad ſepes *bey der Walckmühle*, alibique quaſi indigena parcius. Floret Julio & ſequ.

546. Malva, *Alcea*, caule erecto, foliis multipartitis ſcabriuſculis. *Linn Spec.* 971. (*Hall.* 1071.)

H. in montoſis ad verſuras *am Rebberg* infrequens. Floret Julio.

547. Malva, *moſchata*, caule erecto, foliis radicalibus reniformibus inciſis; caulinis quinquepartitis pinnato-multifidis. *Linn.* S. N. 461. *Spec.* 971. (*Hall.* 1072.)

H. in montoſis ſterilibus *auf dem Galgen- und Dollberg* frequens. *am Roſenwäldgen* parcius. Floret Julio.

Caulibus *brevioribus ſeſquipedalibus*. Foliis caulinis *ad petiolum usque* 5-*partitis: lobis pinnatifidis, ſummis anguſtiſſimis.* Floribus *paulo minoribus*; Arillis *hirſutis*; *odoreque ſub floreſcentia moſchato, a præcedente diſtinguitur.*

## CLASSIS XVII.

# DIADELPHIA.

## A. HEXANDRIA.

### FUMARIA. G. P. 849.

*Cal.* diphyllus. *Cor.* ringens. *Filamenta* 2, membranacea, ſingula *Antheris* 3. S. N. 469.

548.

548. Fumaria, *bulboſa major*, caule ſimplici, bracteis longitudine florum. *Linn. Spec.* 983, var. *α. cava*, & *β. intermedia.*

Fumaria radice bulboſa, cava, caule ſimplici bifolio, bracteis ovato-lanceolatis. *Hall.* 348. vid. *Nomenclat.*

H. *α.* & *β.* in nemoroſis ad pagum *Erbach* copioſe, ad ſepes in pratis *hinter dem Schloß* parcius. Floret Majo.

*Pharm.* Aristolochiæ cavæ Radix.

*Plantæ junioris α*, Radix *ſubgloboſa*, *ſolida*, *radiculas undique emittens*; *adultioris* Radix *hemiſphærica*, *ſubtus excavata*, *a priori ætate tantum diverſa.* Bracteæ *integerrimæ*, *floribus breviores.* Corollis *albis & purpureis ludit.*

549. Fumaria, *bulboſa minor*, radice bulboſa, ſolida, caule ſimplici multifolio, bracteis digitatis. *Hall.* 349.

Fumaria *bulboſa*, var. *γ. Linn. Spec.* 983.

H. in pomariis ad ſepes *unter der neuen Brücke*, alibique frequens. Floret Aprili.

*Pharm.* Aristolochiæ fabaceæ Radix.

*Hujus* Radicis *Bulbus ſemper ſolidus*, *obovatus*; *radiculas tantum baſi emittens.* Bracteæ *digitorum parallelorum inſtar fiſſæ*, *longitudine florum.* Corollæ *ſemper (in noſtrate) purpureæ*, *minores. In hortum promiſcue cum antecedente tranſplantata*, *Radicem ſolidam in cavam*, *& Bracteas fiſſas in integerrimas*, *per decem annos non mutavit.*

550. Fumaria, *officinalis*, pericarpiis monoſpermis racemoſis, caule diffuſo. *Linn. Spec.* 984. (*Hall.* 346.)

H. in agris & cultis paſſim. Floret æſtate.

*Pharm.* Fumariæ Herba.

## B. OCTANDRIA.

### POLYGALA. G. P. 851.

*Cal.* 5-phyllus: foliolis duobus alæformibus, coloratis. *Legumen* obcordatum, biloculare. S. N. 470.

551. Polygala, *vulgaris*, floribus criſtatis racemoſis, caulibus herbaceis ſimplicibus procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis. *Linn. Spec.* 986. (*Hall.* 344.)

H. in paſcuis ſylvaticis montoſis paſſim. Corollis violaceis, albidis & carneis ludit. Floret Majo, Junio. C.

Digitized by Google

# C. DECANDRIA.

* *Stamina omnia connexa.*

## SPARTIUM. G. P. 858.

*Stigma* longitudinale, ſupra villoſum. *Filamenta* germini adhærentia. *Calyx* deorſum productus. S. N. 474

552. Spartium, *ſcoparium*, foliis ternatis ſolitariiſque, ramis inermibus angulatis. *Linn. Spec.* 996. (*Hall.* 354.)

H. in montoſis ſylvaticis *am Homberg* frequens. Floret Majo, Junio.

Calyx *bilabiatus, labio ſuperiore bi-inferiore tridentato.* Siliqua *compreſſo-plana, marginibus villoſa.*

## GENISTA. G. P. 859.

*Cal.* 2-labiatus: $\frac{2}{3}$. *Vexillum* oblongum, a piſtillo ſtaminibusque deorſum reflexum. S. N. 474.

a. *inermes.*

553. Genista, *ſagittalis*, ramis ancipitibus membranaceis articulatis, foliis ovato-lanceolatis. *Linn.* S. N. 475 *Spec.* 998. (*Hall.* 353.)

H. in montoſis ſylvaticis *am Beilſtein* rarius. Floret Junio.

554. Genista, *tinctoria*, foliis lanceolatis glabris, ramis ſtriatis teretibus erectis. *Linn. Spec.* 998. (*Hall.* 350.)

H. in ſylvaticis *am Homberg*, *Rehberg*, alibique vulgaris.

*Pharm.* Genistæ Herba. Flores. Semina.

555. Genista, *piloſa*, foliis lanceolatis obtuſis, caule tuberculato decumbente. *Linn. Spec.* 999. (*Hall.* 351.)

H. in ſylvaticis *im Hirſchberg* parcius. Floret Junio.

b. *Spinoſa.*

556. Genista, *germanica*, ſpinis compoſitis, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis. *Linn. Spec.* 999. (*Hall.* 352.)

H. in ſylvis *am Beilſtein*, alibique vulgaris. Floret Junio.

## ANTHYLLIS. G. P. 864.

*Cal.* ventricoſus. *Legumen* ſubrotundum, tectum. S. N. 480.

557.

557. ANTHYLLIS, *Vulneraria*, herbacea, foliis pinnatis inæqualibus, capitulo duplicato. *Linn. Spec.* 1012. (*Vulneraria Hall.* 398.)

H. in pratis ſylvaticis ſiccis *am Rehberg*, alibique. Floret Junio.

## ONONIS. G. P. 863.

*Cal.* 5-partitus: laciniis linearibus. *Vexillum* ſtriatum. *Legumen* turgidum, ſeſſile. *Filamenta* connata abſque fiſſura. S.N. 478.

558. ONONIS, *arvenſis*, floribus racemoſis geminatis, foliis ternatis: ſuperioribus ſolitariis, ramis inermibus villoſis. *Linn.* S. N. 478. *Spec. ſpinoſa.* 1006 (*Anonis. Hall.* 356.)

H. in campis ſterilibus paſſim. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* ONONIDIS Radix, Herba.

** *Stigma pubeſcens.* (nec priorum notæ.)

## OROBUS. G. 871.

*Stylus* linearis. *Cal.* baſi obtuſus: laciniis ſuperioribus profundioribus, brevioribus. S. N. 485.

559. OROBUS, *vernus*, foliis pinnatis ovatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici. *Linn. Spec.* 1028. (*Hall.* 416.)

H. in nemoroſis ad *Breitſcheid*; *im Hirſchberg*; *im Thiergarten* frequens. Floret Majo.

560. OROBUS, *tuberoſus*, foliis pinnatis lanceolatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici. *Linn. Spec.* 1028. (*Hall.* 417.)

H. in ſylvis *im Hirſchberg*; *im Driedorfer Wald* rarius. Floret Junio. ♃.

## LATHYRUS. G. P. 872.

*Stylus* planus, ſupra villoſus, ſuperne latior. *Calycis* laciniæ ſuperiores 2 breviores. S. N. 486.

561. LATHYRUS, *pratenſis*, pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis: foliolis lanceolatis. *Linn. Spec.* 1033. (*Hall.* 436.)

H. in pratis & ſepibus ubique. Floret Junio.

562.

562. LATHYRUS, *ſylveſtris*, pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis enſiformibus, internodiis membranaceis. *Linn. Spec.* 1033. (*Hall.* 434.)

H. in ſylvaticis *am Geiſtlichen Berg*, *Homberg*, alibique. Floret Julio.

563. LATHYRUS, *latifolius*, pedunculis multifloris cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis. *Linn. Spec.* 1033. (*Hall.* 433.)

H. in nemoroſis ad *Erbach* rarius. Floret Julio.

## VICIA, G. P. 873.

*Stigma* latere inferiore transverſe barbatum. S. N. 487.

564. VICIA, *piſiformis*, pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis: foliolis ovatis: infimis ſeſſilibus. *Linn. Spec* 1034. (*Hall.* 428.)

*H.* in ſylvaticis montoſis *am Beilſtein* copioſe. Floret Junio, Julio.

Caules *cubitales*, *erectiuſculi*, *angulati*. Stipulæ *ſemiſagittata*, *dentata*. Foliola 6 ſ. 8, *ovata*, *integerrima*, *rarius ſubcrenulata*, *mucrone apice prominulo*: *quorum inferiora duo reliquis majora*, *inter petiolum & caulem ſubſeſſilia*, *caulique approximata*, *Stipulas obtegentia*. Cirrhi *multifidi*. Pedunculi *angulati*, *multiflori*. Bracteæ *ſetacea*, *ſub floribus ſuperioribus nulla*. Flores 20-30. (Aſtragal. *glycyphyll.*) Filamentum *ſolitarium baſi lanceolatum*. Germen *pedicellatum*. Nectarium *obtuſum*. Siliqua *brevis*.

565. VICIA, *ſylvatica*, pedunculis multifloris, foliolis ovalibus, ſtipulis denticulatis. *Linn. Spec.* 1035. (*Hall.* 426.)

H. in ſylvis, *im Hirſchberg*, *in der Hörre* infrequens. Floret Junio, Julio.

566. VICIA, *Cracca*, pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubeſcentibus, ſtipulis integris. *Linn. Spec.* 1035. (*Hall.* 424.)

H. inter ſegetes rarius, in ſepibus paſſim. Floret Julio.

567. VICIA, *ſativa*, leguminibus ſeſſilibus ſubbinatis erectis, foliolis retuſis, ſtipulis notatis. *Linn. Spec.* 1037.

β. Vi-

β. Vicia foliis imis ovatis, ſuperioribus linearibus; ſcapis breviſſimis bifloris. *Hall.* 430.

H. α. & β. in agris inter Lentem frequens. Floret Julio.

568. VICIA, *lathyroides*, leguminibus ſeſſilibus ſolitariis erectis glabris, foliolis ſenis: inferioribus obcordatis. *Linn. Spec.* 1037?

H. in montoſis apricis aridis theriotrophei *an der Rüſterbach* rarius. Floret Majo, Junio.

Caulis *ſpithamaus, erectus, ſubramoſus, ſubtrigonus.* Stipulæ *dentata, nulla macula ſubtus notata.* Petioli *inferiores breviſſimi, cirrho nullo*: Foliolis *minimis, ſenis, obcordatis cum acumine; ſuperiores breves, cirrhiferi:* Foliolis 6 ſ. 8, *anguſtiſſimis, linearibus, glabris, retuſis cum acumine; junioribus conduplicatis.* Flos *ſolitarius, ſeſſilis,* V I c. *ſativa triplo minor, ejuſdem tamen figura & coloris.* Legumen *erecto-patens, ſubſeſſile, glabrum,* 8-*ſpermum. Vereor ne planta hac pulchella habitu & ſtructura a priori* (β) *diverſiſſima, ob pubeſcentiam licet leviſſimam in foliolis inferioribus & ipſo legumine, ejuſdem ſit mera varietas.*

569. VICIA, *ſepium*, leguminibus pedicellatis ſubquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis: exterioribus decreſcentibus. *Linn. Spec.* 1038. (*Hall.* 429.)

H. in pomariis ſepibus & ſylvis frequens. Floret Majo, Junio.

*** *Legumen ſubbiloculare.* (nec priorum notæ.)

## ASTRAGALUS. G. P. 892.

*Legumen* biloculare, gibbum. S. N. 498.

570. ASTRAGALUS *glycyphyllos*, caulescens proſtratus, leguminibus ſubtriquetris arcuatis, foliolis ovalibus pedunculo longioribus. *Linn.* S. N. 498. *Spec.* 1067. (*Hall.* 413.)

H. in ſylvaticis montoſis *im Beilſtein* frequens. Floret Junio.

Calycis *denticuli inferiores tres ſetacei æquales, reliquis longiores.*

**** *Legumina ſubmonoſperma.* (nec priorum notæ.)

## TRIFOLIUM. G. P. 896.

*Flores* ſubcapitati. *Legumen* vix calyce longius, non dehiſcens, deciduum. S. N. 501.

a.

a. Melilotus, *leguminibus nudis polyſpermis.*

571. Trifolium, *Melilotus officinalis*, leguminibus racemoſis nudis diſpermis rugoſis acutis, caule erecto. *Linn. Spec.* 1078. (*Melilotus. Hall* 362.)

H. in ruderatis *auf dem Hinterſand*; in arvis *auf dem Reuterberg*; alibique parcius. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* Meliloti Herba cum Floribus.

b. Lotoidea *leguminibus tectis, polyſpermis.*

572. Trifolium, *hybridum*, capitulis umbellaribus, leguminibus tetraſpermis, caule adſcendente. *Linn. Spec.* 1079. (*Hall.* 368.)

H. in pratis ſubhumidis paſſim. Floret Junio, Julio.

573. Trifolium, *repens*, capitulis umbellaribus, leguminibus tetraſpermis, caule repente. *Linn. Spec.* 1080. (*Hall.* 367.)

H. in pratis pomariis & paſcuis ubique. Floret Majo & ſequ.

*Pharm.* Trifolii albi Flores.

c. Lagopoda *calycibus villoſis.*

574. Trifolium, *pratenſe*, ſpicis ſubvilloſis cinctis ſtipulis oppoſitis membranaceis, corollis monopetalis. *Linn. Spec.* 1082. (*Hall.* 377.)

H. in pomariis & pratis pinguioribus paſſim. Floret Junio & ſequ.

Caulis *teres, ſuperne ſtriatus lævis.* Stipulæ *amplexantes, ovata, dilatata, acuminata, nervoſa: ſuprema dua florales ſubovata, ſcarioſa, nervis rubris.* Foliola *mollia, ſupra macula ſubſagittata notata, ſubtus vix villoſa; inferiora ovata, obtuſa, ſuperiora lanceolata acuta.* Capitulum *terminale (in planta non culta) ſolitarium, ovatum, ſeſſile inter ſtipulas duorum foliorum.* Calycis *dentes piloſi, 4 breves, infimo longitudine fere tubi corollæ.* Corolla *monopetala pallide purpurea, minor quam in ſequente:* Alis *vexillo brevioribus.*

575. Trifolium, *alpeſtre*, ſpicis ſubgloboſis villoſis terminalibus, caule erecto, foliis lanceolatis ſerrulatis. *Linn.* S.N. 502. *Spec.* 1082? (*Hall.* 376.)

H. in montoſis ſylvaticis paſſim. Floret Junio & ſeq.

Caulis *ſubdepreſſus, pubeſcens, ſuperne teres, ſubvilloſus.* Stipulæ *vaginantes, ſubulata; ſuprema dua florales ovato-lanceolata, virides.* Foliola *firma, omnia lineari lanceolata, ſupra rariſſime maculata, ſubtus albido-villoſa.* Capitula *terminalia duo, ſubgloboſa, ſeſſilia inter duas ſtipulas; demum oblonga, pedun-*

*pedunculata.* Calycis *dentes breviſſimi, ſubpiloſi, recti, infimo tubo corollæ dimidio breviore.* Corolla *monopetala major quam in præcedente, ſaturatius purpurea:* Alis *longitudine vexilli. Hoc & præcedens calyce villoſo & lævi, nervis rubris & non coloratis; foliolisque integris & ſerrulatis ludit. Caulem in noſtro alpeſtri magis obliquum fere procumbentem, in pratenſi vero adſcendentem erectum, ſemper obſervavi.*

576. TRIFOLIUM, *anguſtifolium*, ſpicis villoſis conico-oblongis, dentibus calycinis ſetaceis ſubæqualibus, foliolis linearibus. *Linn. Spec.* 1083.

H. in paſcuis ſiccis ſterilibus *in der Hörre* rarius. Floret Julio, Auguſto.

*Differt a ſequente:* Caule *altiori erectiori, ſubtetragono, lævi, non pubeſcente.* Ramis *caule multo brevioribus.* Stipulis *nervoſis longius acuminatis.* Foliolis *anguſtioribus, utrinque lævibus, ſubtus ſtriatis.* Capitulis *ſubcylindricis, anguſtioribus, longioribus.* Calycibus *ſtriatis: dentibus purpureis nudis, non plumoſis, inferioribus tribus reliquis paulo longioribus.* Corollis *calyce brevioribus, albidis, abſque macula alarum ſanguinea.* Receptaculo *nudo nec villoſo.*

577. TRIFOLIUM, *arvenſe*, ſpicis villoſis ovalibus, dentibus calycinis ſetaceis villoſis æqualibus. *Linn.* S. N. 503. *Spec.* 1083. (*Hall.* 373.)

H. in agris arvis & campis ſterilibus paſſim. Floret Julio & ſequ.

578. TRIFOLIUM, *ſtriatum*, capitulis ſeſſilibus ſublateralibus ovatis calycibus ſtriatis rotundatis. *Linn. Spec.* 1085.

H. in paſcuis ſiccis *am Dollberg.* Floret Majo, Junio.

Radix *biennis, lignoſa, ramoſa.* Caules *plures, procumbentes, ſpithamæi, ſubramoſi, teretes, ſubvilloſi.* Stipulæ *ovato-acuminata, venis rubris.* Foliola *obovata, integerrima, pubeſcentia:* Floralia *acutiuſcula, antice ſerrulata.* Capitula *oblonga, demum ovata, terminalia axillariaque, ſeſſilia in foliorum ſtipulis.* Calyx *tubuloſus, viridis, denticulis rectis: ſuperioribus 4 æqualibus, infimo duplo majore.* Corolla *exigua, carnea, calyce paulo major.* Calyx Fructus *ſubgloboſus, collo contracto, nervis* 10 *rubris ſtriatus,* Legumen *ovato-acutum monoſpermum includens.*

d. Lupulina *vexillis corollæ inflexis.*

579. TRIFOLIUM, *montanum*, ſpicis ſubimbricatis ſubtribus: vexillis ſubulatis emarceſcentibus,

L caly-

Digitized by Google

calycibus nudis, caule erecto. *Linn. Spec.* 1087. (*Hall.* 372.)

H. in pratis *auf dem Weſtervvald*; ad pagos *Waldaubach*, *Liebenſcheid*, alibique frequens. Floret Julio.

580. TRIFOLIUM, *agrarium*, ſpicis ovalibus imbricatis: vexillis deflexis perſiſtentibus, calycibus, nudis, caule erecto, *Linn. Spec.* 1087. (*Hall.* 363.)

H. in agris & arvis *am Dollerg*, *Reuterberg*, alibique. Floret Junio & ſequ.

581. TRIFOLIUM, *ſpadiceum*, ſpicis ovalibus imbricatis: vexillis deflexis perſiſtentibus, calycibus piloſis, caule erecto. *Linn. Spec.* 1087. (*Hall.* 365.)

H. in ſylvaticis montoſis *im Beilſtein* rarius. Floret Julio.

582. TRIFOLIUM, *procumbens*, ſpicis ovalibus imbricatis: vexillis deflexis perſiſtentibus, caulibus procumbentibus. *Linn. Spec.* 1088. (*Hall.* 364.)

H. in arvis & campis ſiccis *am Dollberg*; *Homberg*; *auf dem Schieſsplatz* frequens. Floret Julio & ſequ.

Radix *biennis*. Caules *dodrantales*, *procumbentes*, *ramoſi*, *firmi*, *piloſi*. Stipulæ *ovata*, *acuta*, *nervoſa*. Foliola *obovata*, *retuſa*, *antice ſerrulata*, *ſubtus ſtriata*. Pedunculi *piloſi*, *longitudine foliorum*. Capitula *ovalia*, *multiflora*. Calycis *denticuli tres inferiores reliquis duplo longiores*, *filo brevi ſub apice*. Vexillum *margine ſerrulatum*. Semen 1, *ſæpe* 2.

583. TRIFOLIUM, *filiforme*, ſpicis ſubimbricatis: vexillis deflexis perſiſtentibus, calycibus pedicellatis caulibus procumbentibus. *Linn. Spec.* 1088. (*Hall. var. præc.* 364.)

H. in pratis & pomariis copioſiſſime. Floret Majo, Junio.

Radix *annua*. Caules *ſæpe ultrapedales*, *filiformes*, *procumbentes*, *inter gramina erectiuſculi*, *vix ramoſi*, *ſubnudi*. Stipulæ *exigua*, *ovata*. Folia *remota*, *breviſſime petiolata*. Foliola *obcordata*, *antice ſerrulata*, *utrinque ſtriata*. Pedunculi *tenues*, *foliis longiores*. Capitula *pauci*- (10-15-) *flora*. Flores *ſubpedicellati*. Calyx *præcedentis*. Vexillum *vix manifeſte ſerrulatum*. Alæ *ſtriata*. Semen *unicum*.

***** *Legumen ſubarticulatum.*

## HEDYSARUM. G. P. 887.

*Cor.* carina transverſe obtuſa. *Legumen* articulis 1-ſpermis. S. N. 493.

584.

584. HEDYSARUM, *Onobrychis*, foliis pinnatis, leguminibus monoſpermis aculeatis, corollarum alis calyce brevioribus, caule elongato. *Linn. Spec.* 1059. (*Onobrychis. Hall.* 396.)

H. in pratis *bey der obern Papiermühle* rarius. Floret Junio, Julio.

*Oeconom.* SAINT FOIN, ſeu ESPARSETTE.

## MEDICAGO. G. P. 899.

***Legumen*** compreſſum cochleatum. ***Carina*** corollæ a vexillo deflectens. S. N. 505.

585. MEDICAGO, *ſativa*, pedunculis racemoſis, leguminibus contortis, caule erecto glabro. *Linn. Spec.* 1096. (*Medica. Hall.* 382.)

H. in pratis & pomariis *an der Dille bey dem Sieghauß.* Floret Julio, Auguſto.

*Oeconom.* LUZERNE.

586. MEDICAGO, *lupulina*, ſpicis ovalibus, leguminibus reniformibus monoſpermis, caulibus procumbentibus. *Linn.* S. N. 506. *Spec.* 1097. (*Medica. Hall.* 380.)

H. in paſcuis arvis & agris ubique. Floret Junio & ſequ.

****** *Legumen uniloculare polyſpermum.* (nec priorum notæ.)

## ERVUM. G. P. 874.

***Cal.*** 5-partitus, longitudine corollæ. S. N. 488.

587. ERVUM, *Lens*, pedunculis ſubbifloris, ſeminibus compreſſis convexis. *Linn. Spec.* 1039. (*Lens. Hall.* 421.)

H. in agris inter ſegetes *am Dollberg*, alibique. Floret Junio.

588. ERVUM, *tetraſpermum*, pedunculis ſubbifloris, ſeminibus globoſis quaternis. *Linn. Spec.* 1039. (*Vicia. Hall.* 423.)

H. in agris & arvis *am Homberg* & *Dollberg*; in cultis *am Sieghauß.* Floret Julio.

Foliola 8 ſ. 10, *lineari - lanceolata*, *acuta*: *quorum infimum par cauli approximatum.* Stipulæ *lanceolata*, *acuminata*, *unico ſæpe denticulo laterali.* Cirrhi *trifidi*, *interdum ſimpliciſſimi.* Pedunculi 1 - ſ. 2 -*flori.* Calyx *corolla brevior*, *denticu-*

 *lis*

Digitized by Google

*lis inferioribus tribus reliquis longioribus.* Legumen *nutans obtuſiſſimum, glabrum, 3-ſ. 4-ſpermum.*

589. Ervum, *hirſutum,* pedunculis multifloris, ſeminibus globoſis binis. *Linn. Spec.* 1039. (*Vicia. Hall.* 422.)

H. in agris & cultis ubique; vitium nimis frequens. Floret Junio & ſequ.

Stipulæ *tripartita.* Folia 16-18, *linearia, retuſa cum acumine.* Pedunculi 4-5-6-*flori.* Calyx *corolla paulo brevior, ſubpiloſus; denticulis ſubæqualibus.* Legumina *pendula, hirſuta, acutiuſcula, diſperma.*

590. Ervum, *monanthos,* pedunculis unifloris. *Linn. Spec.* 1040.

H. in agris inter Lentem *am Homberg,* alibique rarius. Floret Julio.

Lente *vulgari major,* Cirrhis *bi-ſ. trifidis ſcandens.* Petioli *horizontales.* Foliola 16-18, *linearia, retuſa cum acumine.* Stipulæ *duæ, alternatim majores, figura diverſa: quarum unica breviſſima lanceolata, altera oppoſita quintuplo major, petiolata, pedato-multifida: laciniis ſetaceis, longiſſimis, patulis.* Pedunculus *uniflorus.* Calyx *corolla triplo brevior, denticulis ſubæqualibus.* Vexillum *compreſſum, albidum venis violaceis.* Legumen *magum, ſubnutans, 2-ſ. 3-ſpermum.* Semen *magnitudine piſi, compreſſum, margine obtuſo.*

591. Ervum, *Ervilia,* germinibus undato-plicatis, foliis impari-pinnatis. *Linn. Spec.* 1040. (*Ervum. Hall.* 420.)

H. in agris inter Lentem cum præcedente rarius. Floret Junio.

*Pharm.* Ervi ſ. Orobi Semina.

Planta *erecta, non ſcandens.* Stipulæ *ovata, dentata.* Foliola 18-24, *lineari-oblonga, retuſa cum acumine.* Petiolus *apice in mucronem productus, loco cirrhi, quo caret.* Pedunculi 2 ſ. 3-*flori.* Calyx *corolla duplo brevior, denticulis ſubæqualibus, ſuperioribus duobus decuſſatis.* Vexillum *ſubemarginatum, cum acumine.* Germen *lineare, rectum, Antheſi peracta tantum undulato-plicatum.* Legumina *pendula, articulato-nodoſa, 3 ſ. 4-ſperma.* Semina *ſubanguloſa.*

## LOTUS. G. P. 897.

*Legumen* cylindricum ſtrictum. *Alæ* ſurſum longitudinaliter conniventes. *Calyx* tubuloſus. S. N. 504.

592.

592. Lotus, *corniculatus*, capitulis depreſſis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis patentibus. *Linn. Spec.* 1092. (*Hall.* 385.)

H. in pratis & pomariis ubique. Floret Julio, Auguſto.

# CLASSIS XVIII.

# POLYADELPHIA.

## POLYANDRIA.

### HYPERICUM. G. P. 902.

Cal. 5-partitus. *Petala* 5. *Filamenta* multa, in 5 phalanges baſi connata. *Capſula*. S. N. 509.

593. Hypericum, *quadrangulum*, floribus trigynis, caule quadrato herbaceo. *Linn. Spec.* 1104. (*Hall.* 1038.)

H. in pratis humidis juxta rivulos *hinter dem Homberg*; *bey der untern Walkmühle*; *auf dem Schlüſſel*. Floret Julio.

Caulis *tetragonus*, *angulis membranaceis*, *punctis purpureis adſperſis*. Folia *margine nigro-punctata*, *flavo-viridia*, *demum rufeſcentia*. Flores *minores quam in ſequentibus*. Calycis *lacinia lanceolata*, *acuminata*. Petala *integra*, *punctis nullis*. Filamentorum *phalanges* 3, *longitudine corollæ*. *Punctum Antherarum atrum*, *dein album*, *uti in ſequentibus*. Capſula *ovato cylindrica*.

594. Hypericum, *dubium*, floribus trigynis, caule ſubquadrato herbaceo, foliis ovatis, calycibus obtuſiſſimis.

H. ad ſepes *am Sieghauß*; *am Homberg*; ad vias paſſim. Floret Julio, Auguſto.

Caules, *plures* 2 ſ. 3-*pedales*, *erecti*, *ſubquadrangulares*, *punctis nigris adſperſi*. Folia *magna*, *amplexicaulia*, *ovata*, *margine acutiſſimo ſcarioſo ſubtus nigro-punctato*, *apice ſubretuſa cum acumine brevi*. Flores *majores quam in ſequentibus*, *ſubcorymboſi*, *ſæpius terni*, *pedunculati*. Calyx *pentaphyllus*: Foliolis *diſtinctis*, *ovatis*, *integerrimis*, *obtuſiſſimis*, *flavo-viridibus*, *lineolis interruptis atris undique notatis*. Petala *magna*, *integerrima*, *ſupra lineolis*, *ſubtus margine punctis atris raris notata*.

*notata.* Staminum *phalanges* 3, *longitudine corollæ.* Capſula *ventricoſa, triangularis, calyce reflexo ad baſin cincta. An præcedentis varietas?* an HYP. *perfoliatum* S. N. 510. *no.* 32? *cujus* Perill. LINNÆUS *nec in Speciebus Pl. nec in Mantiſſa mentionem fecit.*

595. HYPERICUM, *perforatum*, floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtuſis pellucido-punctatis. *Linn. Spec.* 1105. (*Hall.* 1037.)

H. in montoſis *am Homberg, Dollberg* & alibi copioſiſſime. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* HYPERICI Herba, Flores.

Calycis *Foliola lanceolata acuta.* Petala *oblique truncata, crenulata, puncto atro inter ſingulam crenam.* Staminum *phalanges* 3. Capſula *ovata, acuminata.*

596. HYPERICUM, *montanum*, floribus trigynis, calycibus ſerrato-glanduloſis, caule tereti erecto, foliis ovatis glabris. *Linn.* S. N. 510. *Spec.* 1105. (*Hall.* 1042.)

H. in ſylvaticis montoſis *am Homberg über der Lithau* frequens. Floret Julio.

Caulis *ſeſquipedalis, ſimplex, teres, lævis.* Folia *ovato-oblonga, glabra; margine inferiore punctis atris in lineam ordinatis notata.* Calycis *Foliola &* Bracteæ *Floribus ſubjecta ſerrata: ſerraturis lateralibus ſetaceis glanduliferis, terminali nulla glandula inſtructa.* Petala *obtuſa, punctis nullis.* *Phalanges* Filamentorum *in primariis Floribus quinque; in ſerioribus tres.* Stigmata *purpurea.* Capſula *ovata, apicibus divaricatis.* Semina *nigra.*

597. HYPERICUM, *hirſutum*, floribus trigynis, calycibus ſerrato-glanduloſis, caule tereti erecto, foliis ovatis ſubpubeſcentibus. *Linn. Spec.* 1105. (*Hall.* 1043.)

H. in dumetis & ſepibus *am Homberg* frequens. Floret Julio.

Calycis *foliola & non raro Bractea ſerrata, ſerraturis omnibus etiam terminalibus glanduliferis.* Petala *lineolis nigris notata. Punctum ſub* Antheris *in hoc nullum.* Capſula *ovato-oblonga.* Semina *rubra.*

CLAS-

# CLASSIS XIX.

# SYNGENESIA.

## A. POLYGAMIA ÆQUALIS.

* Semifloſculoſi T. *Corollis ligulatis omnibus.*

### CICHORIUM. G. P. 921.

*Receptaculum* ſubpaleaceum. *Calyx* calyculatus. *Pappus* ſub 5-dentatus, obſolete piloſus. S. N. 527.

598. Cichorium, *Intybus*, floribus geminis ſeſſilibus, foliis runcinatis. *Linn. Spec.* 1142. (*Hall.* 1.)

H. in arvis & verſuris *bey der Sandwieſe*; *am Reuterberg* frequens. Floret Julio & ſeq.

*Pharm.* Cichorii Radix, Herba, Flores, Semina.

### HYPOCHÆRIS. G. P. 918.

*Receptaculum* paleaceum. *Cal.* ſubimbricatus. *Pappus* plumoſus. S. N. 526.

599. Hypochæris, *glabra*, calycibus oblongis imbricatis, caule ramoſo nudo, foliis dentato-ſinuatis. *Linn. Spec.* 1140. (*Hall.* I. pag. 3. III. p. 181.)

H. in ſylvaticis montoſis *hinter Burgk* verſus Theriotropheum rarius. Floret Julio.

600. Hypochæris, *radicata*, foliis runcinatis obtuſis ſcabris, caule ramoſo nudo lævi, pedunculis ſquamoſis. *Linn Spec.* 1140. (*Hall.* 3?)

H. in pratis pomariis & paſcuis frequens. Floret Julio & ſequ.

### TRAGOPOGON. G. P. 905.

*Receptaculum* nudum. *Calyx* ſimplex. *Pappus* plumoſus. S. N. 518.

601. Tragopogon, *pratenſe*, calycibus corollæ radi-

radium æquantibus, foliis integris ſtrictis. *Linn. Spec.* 1109. (*Hall.* 8.)

H. in pomariis & pratis paſſim, ad verſuras *am Dollberg* frequens. Floret Junio, Julio.

## PICRIS. G. P. 907.

*Receptaculum* nudum. *Cal.* calyculatus. *Pappus* plumoſus. *Semina* tranſverſim ſulcata. S. N. 519.

602. Picris, *Hieracioides*, perianthiis laxis, foliis integris. *Linn. Spec.* 1115. (*Hall.* 24.)

H. in campis ſterilibus, ad verſuras *am Dollberg*; *im Beilſtein* copioſe; in dumetis *bey der untern Walckmuhle* rarius. Floret Julio, Auguſto.

## LEONTODON. G. P. 912.

*Receptaculum* nudum. *Calyx* imbricatus ſquamis laxiuſculis. *Pappus* plumoſus. S. N. 521.

603. Leontodon, *Taraxacum*, calyce ſquamis inferne reflexis, foliis runcinatis denticulatis lævibus. *Linn.* S. N. 521. *Spec.* 1122. (*Taraxacum. Hall.* 56.)

H. in pratis paſcuis & pomariis paſſim. Floret Majo & ſequ. *Pharm.* Taraxaci Radix, Herba.

Pappus *longiſſimo ſtipitatus, ſimplex.*

604. Leontodon, *autumnale*, caule ramoſo, pedunculis ſquamoſis, foliis lanceolatis dentatis integerrimis glabris. *Linn. Spec.* 1123. (*Picris. Hall.* 28.)

H. in pratis, pomariis, ad verſuras paſſim. Floret Julio & ſequ.

Seminum *radialium* Pappus *ſeſſilis*, *centralium ſubſtipitatus*.

605. Leontodon, *hiſpidum*, calyce toto erecto, foliis dentatis integerrimis hiſpidis: ſetis furcatis. *Linn.* S. N. 522. *Spec.* 1124 (*Picris. Hall.* 25.)

H. in pratis & pomariis ubique. Floret æſtate.

606. Leontodon, *hirtum*, calyce toto erecto, foliis dentatis hirtis: ſetis ſimpliciſſimis. *Linn.* S. N. 522. *Spec.* 1123. (*Rhagadiolus. Hall.* 7.)

H. in pratis paludoſis ad pagum *Sinn* frequens. Floret Julio.

Plan-

Planta *præcedenti ſimillima*; *ſed præcipue differt* : Radice *præmorſa*. Foliis *flavo-viridibus*, *dum ſicca*, *undulato-flexuoſis*, *pilis ſimplicibus*, *non furcatis*, *in petiolo tereti vix depreſſo longioribus*, *confertioribuſque*; *dentibus brevioribus*, *ſurſum*, *nec deorſum ut in illa obliquatis*. Scapo *lævi*, *minus manifeſte ſtriato*, *nulla bracteola*, *uti ſæpius in præcedente*, *inſtructo*. Flore *minore*. *Ceterum* Calyx *lævis*, *vix baſi ſetis paucis ſubhirtus*: Squamis 13 *lanceolatis*, *planiuſculis*, *totidemque exterioribus minimis*, *baſi dilatatis*, *ſurſum adpreſſis conſtructus*.
Corollulæ *extimæ radii tot quot ſquamæ calycis*, (13) *ſubtus lividæ*, *demum flavæ* : Stigmatibus *extra antheras non prodeuntibus*. Semen *incraſſatum*, *albidum*, *vix ſcabrum*, *calyculo brevi multidentato*, *loco pappi*, *coronatum*.
Corollulæ *interiores duplo minores*: Stigmatibus *revolutis*. Semen *tenue*, *ſubfuſcum*, *ſcabrum*: Pappo *ſeſſili*, *in centralibus ſuſtipitato*, *inſtructum* : *radiis* 13, *baſi lanceolatis*, *extrorſum plumoſis*, *alternis totidem brevioribus ſimplicibus*. Calyx *ante explicationem nutans uti in præcedente*, *peracta floreſcentia vero*, *ob ſemina radii calycinis ſquamis involuta*, *ſubgloboſus*, *angulato-ſulcatus*, *pappo vix prominente*, *ſquamis demum patulis non reflexis*. *Setas Foliorum ſæpe in hoc etiam apice bifidas obſervabis*, *ſi microſcopio uſus fueris*.

## SONCHUS. G. P. 908.

*Receptaculum* nudum. *Calyx* imbricatus, ventricoſus. *Pappus* piloſus S. N. 519.

607. Sonchus, *arvenſis*, pedunculis calycibuſque hiſpidis ſubumbellatis, foliis runcinatis baſi cordatis. *Linn. Spec.* 1116. (*Hall.* 23.)
H. in agris inter ſegetes paſſim. Floret Junio, Julio.

608. Sonchus, *oleraceus*, pedunculis tomentoſis, calycibus glabris. *Linn. Spec.* 1116.
α. Sonchus (*lævis*) laciniatus latifoliis. *Bauh. Pin.* 124. (*Hall.* 21.)
β. Sonchus (*aſper*) laciniatus & non laciniatus. *Bauh. Pin.* 124. (*Hall.* 22.)
H. α. in cultis oleraceis copioſiſſime. β. in agris & arvis *am Homberg*, alibique frequens. Floret Julio & ſequ.

## CREPIS. G. P. 914.

*Receptaculum* nudum. *Calyx* calyculatus ſqua-

ſquamis deciduis. *Pappus* piloſus, (*) ſtipitatus. S. N. 524.

609. CREPIS, *fœtida*, foliis runcinato-pinnatis hirtis, petiolis dentatis. *Linn. Spec.* 1133. (*Hall.* 29.)

H. ad verſuras *am Reuterberg*; in arvis *am Dollberg* copioſe. Floret Julio, Auguſto.

Calyx *albidus, ante explicationem nutans*. Pappus *ſtipitatus calyce longior*. Receptaculum *ſubpiloſum*.

610. CREPIS, *tectorum*, foliis lanceolato-runcinatis ſeſſilibus lævibus, inferioribus dentatis. *Linn.* S. N. 525. *Spec.* 1135. (*Hall.* 31?)

H. in paſcuis & arvis, ſecus vias ubique frequens. Floret Julio, Auguſto.

Pappus *ſeſſilis*. Planta *polymorpha, magnitudine & habitu maxime varians*.

611. CREPIS, *biennis*, foliis runcinato-pinnatifidis ſcabris: baſi ſuperne dentatis, calycibus muricatis. *Linn. Spec.* 1136. (*Hall.* 30.)

H. in pratis & pomariis paſſim. Floret Majo, Junio.

Calycis *exterioris ſquamæ læves, interioris ſetis nigris rigidis hiſpidæ*. Pappus *ſeſſilis*.

## PRENANTHES. G. P. 911.

*Receptaculum* nudum. *Calyx* calyculatus. *Pappus* ſimplex, ſubſeſſilis. *Floſculi* ſimplici ſerie. S. N. 521.

612. PRENANTHES, *muralis*, floſculis quinis, foliis runcinatis. *Linn. Spec.* 1121. (*Hall.* 18.)

H. in ſylvaticis umbroſis paſſim. Floret Julio & ſequ.

## HIERACIUM. G. P. 913.

*Receptaculum* nudum. *Cal.* imbricatus, ovatus. *Pappus* ſimplex, ſeſſilis. S. N. 522.

a. *Scapo nudo unifloro.*

613. HIERACIUM, *Piloſella*, foliis integerrimis ovatis ſubtus tomentoſis, ſtolonibus repentibus, ſcapo unifloro. *Linn.* S. N. 522. *Spec.* 1125. (*H.* 55.)

H. in campis & collibus ſiccis paſſim. Floret Majo & ſequ.

*Pharm.* PILOSELLÆ ſ. AURICULÆ MURIS Herba.

Corollæ *extima ſubtus rubra*. b. *Scapo*

---

(*) plumoſus. S. N. l. c. ex errore typogr. forte.

Digitized by Google

b. *Scapo nudo multifloro.*

614. Hieracium, *dubium*, foliis integris ovato-oblongis, ſtolonibus repentibus, ſcapo nudo multifloro. *Linn. Spec.* 1125? (*Hall,* 53?)

H. in montoſis *am Homberg* frequens. Floret Julio & ſeq.

Stolones *repentes plures*, *foliati*. Folia *ſubtus nuda*, *ſupra ſubpiloſa*, *baſi ciliata*. Scapus *ſpithamaus*, *lævis*, *nudus*, *Foliolo ad baſin unico lanceolato inſtructus*. Pedunculi *umbellares* 3 ſ. 4, *ſimplices*, Bracteis *totidem brevibus involucrati*. Flores (H. *Piloſella*) *altitudine ſubæquales*. Corollæ *utrinque pallide flava*.

615. Hieracium, *Auricula*, foliis integerrimis lanceolatis, ſcapo nudo multifloro, ſtolonibus repentibus. *Linn.* S. N. 522. *Spec.* 1126? (*Hall.* 52?)

H. in paſcuis pomariis & ad verſuras *am Dollberg*; in ruderatis *auf dem Hinterſand*. Floret Majo & ſequ.

Stolones *repentes pauci*, *ſubfoliati*. Folia *lato-lanceolata*, *ſubdenticulata*, *obſcure viridia*, *utrinque ſcabra*. Scapus *pedalis*, *ſetis nigris ad baſin confertioribus undique muricatus*, *Folio unico ſupra baſin inſtructus*: Flores *terminales*, *cymoſi*, *conferti*. Pedunculi 5-*ſ.* 6, *ramoſi*, *craſſiuſculi*, *breves*, *uti calyces ſetis baſi nigris confertis*, *inæqualibus adſperſi*. Corollæ *utrinque ſaturatius flava*. Receptaculum *ſubpiloſum*. Ramo *unico florifero ex ſcapi medio prodeunte*, *ſæpe ludit*.

616. Hieracium, *cymoſum*, foliis lanceolatis integris piloſis, ſcapo ſubnudo baſi piloſo, floribus ſubumbellatis. *Linn. Spec.* 1126? (*Hall.* 51?)

H. in paſcuis arvis & agris *am Homberg* frequens. Floret Junio & Septembri.

Radix *præmorſa*. Stolones *nulli*. Folia *omnia radicalia*, *erecta*, *longe lanceolata*, *acutiuſcula*, *glabra*; *pagina ſuperiore*, *carinaque ſubpiloſa*, *pilis albidis flexuoſis baſi purpureis*. Scapus *ſeſquipedalis*, *ſtriatus*, *fere lævis*, *foliolo lanceolato nudo infra medium inſtructus*. Pedunculi *terminales*, *longiores quam in præcedentibus*, *tenuiores ramoſioreſque*; *ſub floreſcentia cymoſi*, *demum inæquales ſubpaniculati*. Flores *magnitudine* Crep. *tector*. Calyx *albidus*, *ſetis brevibus nigris adſperſus*. Corollæ *utrinque pallide flavæ*.

c. *Caule*

c. *Caule folioſo.*

617. HIERACIUM, *murorum*, caule ramoſo, foliis radicalibus ovatis dentatis; caulino minori. *Linn. Spec.* 1128. (*Hall.* 46.)

α. Hieracium (*piloſiſſimum*) murorum folio piloſiſſimo. *Bauh. Pin.* 129.

β. Hieracium (*ſylvaticum*) murorum minus piloſum. *Bauh. Pin.* 129.

γ. Hieracium (*myophoron*) myophoron, ſive mures profe-rens. *Heuch. prov.* 2. p. 74. t. I.

H. α. in muris cœmeterii & urbis; β, in ſylvaticis ubique; γ, in ſylvis *im Beilſtein*; *am Rebberg* & alibi frequens. Floret Junio, Julio.

618. HIERACIUM, *paludoſum*, caule paniculato, foliis amplexicaulibus dentatis glabris, calycibus hiſpidis. *Linn. Spec.* 1129. (*Hall.* 45.)

H. in pratis humidis *im Stübers-Grund*; *in der Callenbach*; *hinter dem Homberg* copioſe. Floret Junio.

Calyx *ſubcylindricus, ſetis nigris ſcaber*. Caulis Folia & Pedunculi *glabri*.

619. HIERACIUM, *ſabaudum*, caule erecto multifloro, foliis ovato-lanceolatis dentatis ſemiamplexicaulibus. *Linn. Spec.* 1131. (*Hall.* 35.)

H. in ſylvaticis montoſis *in der Callenbach*; *im Beilſtein*, alibique frequens. Floret Julio, Auguſto.

620. HIERACIUM, *umbellatum*, foliis linearibus ſubdentatis ſparſis, floribus ſubumbellatis. *Linn. Spec.* 1131. (*Hall.* 34.)

H. in paſcuis ſterilibus *am Homberg*, *Rebberg*, alibique. Floret Julio, Auguſto.

Calycina *foliola planiuſcula*, *apice patula*. Receptaculum *piloſum uti in præcedente*. Caule *ſpithamæo & bi - ſ. tripedali*; Foliis *linearibus & ovato - lanceolatis*; *integerrimis & ſubdentatis, maxime ludit*.

## LAPSANA. G. P. 919.

*Receptac.* nudum. *Calyx* calyculatus, ſquamis ſingulis interioribus canaliculatis. S. N. 526.

621. LAPSANA, *communis*, calycibus fructus angulatis,

Digitized by Google

latis, pedunculis tenuibus ramoſiſſimis. *Linn. Spec.* 1141. (*Hall.* 6.)

H. in ruderatis cultis & arvis frequens. Floret Junio & ſequ.

** *Capitati.*

## CARLINA. G. P. 929.

*Calyx* radiatus ſquamis marginalibus longis, coloratis. S. N. 532.

622. Carlina, *vulgaris*, caule multifloro corymboſo, floribus terminalibus, calycibus radio albis. *Linn. Spec.* 1161. (*Hall.* 182.)

H. in montoſis aſperis duris paſſim. Floret Julio, Auguſto.

Anthera *ſingula infra Filamentum, in ligulam apice bifidam productam.* Seminis Pappus *radiis 9, tripartitis, plumoſis.*

## CNICUS. G. P. 926.

*Calyx* ovatus, imbricatus ſquamis ramoſo-ſpinoſis, obvallatus bracteis. *Corollulæ* æquales S. N. 530.

623. Cnicus, *oleraceus*, foliis pinnatifidis carinatis nudis, bracteis concavis integris ſubcoloratis. *Linn.* S. N. 530. *Spec.* 1156. (*Cirſium. Hall.* 173.)

H. in pratis humidis; ad ripas *Dillæ* alibique vulgaris. Floret Julio, Auguſto.

Antherarum *appendices minima, bifida, uti in præcedente.*

## ARCTIUM. G. P. 923.

*Cal.* globoſus: ſquamis apice hamis inflexis. S. 528.

624. Arctium, *Lappa*, foliis cordatis inermibus petiolatis. *Linn. Spec.* 1143. (*Lappa. Hall.* 161.)

α. Lappa major ſ. Arctium Dioſcoridis. *Bauh. Pin.* 198.

β. Lappa major montana, capitulis tomentoſis. *Bauh. Pin.* 198.

H. α. & β. ad vias in ruderatis *auf dem Hinterſand*, alibique vulgaris. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* Bardanæ Radix, Semina.

## CARDUUS. G. P. 925.

*Cal.* ovatus, imbricatus ſquamis ſpinoſis. *Recept.* piloſum. S. N. 529.

*a. Foliis*

a. *Foliis decurrentibus.*

625. CARDUUS, *lanceolatus*, foliis decurrentibus pinnatifidis hiſpidis: laciniis divaricatis, calycibus ovatis ſpinoſis villoſis, caule piloſo. *Linn. Spec.* 1149. (*Cirſium. Hall.* 169.)

H. ad vias & pagos vulgaris. Floret Julio, Auguſto.

*In hoc & omnibus ſequentibus* Carduis, *appendices* Antherarum *breves, apice plerumque non bifida*, Filamentis *piloſis. In hoc* Pappus *longiſſimus, plumoſus.*

626. CARDUUS, *nutans*, foliis ſemidecurrentibus ſpinoſis, floribus cernuis: ſquamis calycinis ſuperne patentibus. *Linn. Spec.* 1150. (*Hall.* 167.)

H. ad vias paſſim. Floret Julio, Auguſto.
Pappus *piloſus.*

627. CARDUUS, *criſpus*, foliis decurrentibus ſinuatis: margine ſpinoſis, floribus aggregatis terminalibus: ſquamis inermibus ſubariſtatis patulis. *Linn.* S. N. 529. *Spec.* 1150. (*Hall.* 165.)

H. in dumetis & ſepibus *bey der untern Papiermühle.* Floret Julio, Auguſto.
Pappus *piloſus.*

628. CARDUUS, *paluſtris*, foliis decurrentibus dentatis: margine ſpinoſis, floribus racemoſis erectis, pedunculis inermibus. *Linn. Spec.* 1151. (*Cirſium. Hall.* 170.)

H. in pratis udis paſſim; ad vias *bey der untern Walckmühle* frequens. Floret Julio, Auguſto.

Calycis *ſquama ovata, adpreſſa, apice ſpineſcenti, ſubinermi, viſcoſo.* Pappus *plumoſus.* Corollis *albis ludit.*

b. *Foliis ſeſſilibus.*

629. CARDUUS, *marianus*, foliis amplexicaulibus haſtato-pinnatifidis ſpinoſis, calycibus aphyllis: ſpinis canaliculatis duplicato-ſpinoſis. *Linn. Spec.* 1153. (*Silybum. Hall.* 181.)

H. in ruderatis *am Kirchhof*; in cultis *vor dem untern Thor* rarius. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* CARDUI MARIÆ Semina.

630.

630. CARDUUS, *acaulis*, acaulis, calyce glabro. *Linn. Spec.* 1156. (*Cirſium. Hall.* 178.)

H. in paſcuis montoſis apricis *auf dem Stützelberg*; *am Galgenberg* frequens. Floret Auguſto.

Caulis *ſæpè bipollicaris*, *folio uno alterove inſtructus.*

Pappus *longiſſimus*, *plumoſus.*

## ONOPORDUM. G. P. 927.

*Recept.* favoſum. *Calycis* ſquamæ mucronatæ. S. N. 531.

631. ONOPORDUM, *Acanthium*, calycibus ſquarroſis: ſquamis patentibus, foliis ovato-oblongis ſinuatis. *Linn.* S. N. 531. *Spec.* 1158. (*Hall.* 159.)

H. in ruderatis, ad vias paſſim. Floret Julio, Auguſto.

## SERRATULA. G. P. 924.

*Cal.* ſubcylindricus, imbricatus, muticus. S. N. 528.

632. SERRATULA, *arvenſis*, foliis dentatis ſpinoſis. *Linn. Spec.* 1149. (*Cirſium. Hall.* 171.)

H. in agris arvis & cultis, ad vias paſſim. Floret Julio, Auguſto.

Pappus *plumoſus*, Recept. *piloſum.*

Variat *Corollis purpureis & albidis*; a) Calyce *majori*, *magis cylindrico*: *corollulis minimis*, *ſaturatius purpureis*; *Stigmatibus patentiſſimis.* b) Calyce *ovato-oblongo*, *corollulis duplo majoribus*, *pallidioribus*, *Stigmatibus ſubbifidis*, *erectis.*

### *** *Diſcoidei.*

## EUPATORIUM. G. P. 935.

*Receptaculum* nudum. *Pappus* plumoſus. *Calyx* imbricatus, oblongus. *Stylus* ſemibifidus, longus. S. N. 536.

633. EUPATORIUM, *cannabinum*, foliis digitatis. *Linn. Spec.* 1173. (*Hall.* 136.)

H. ſecus rivulos in paſcuis ſylvaticis *im Beilſtein* copioſiſſime; in dumetis *bey der untern Walckmühle* rarius. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* EUPATORII Herba.

Pappus *capillaris*, *radiis flexuoſis*, *ſimplicibus*, *nec plumoſis.*

BIDENS.

Digitized by Google

### BIDENS. G. P. 932.

*Receptac.* paleaceum. *Pappus* ariſtis erectis, ſcabris. *Calyx* imbricatus. *Cor.* rarius floſculo uno alterne radiante inſtruitur. S. N. 534.

634. Bidens, *tripartita*, foliis trifidis, calycibus ſubfolioſis, ſeminibus erectis. *Linn. Spec.* 1165. (*Hall.* 121.)

H. in foſſis paſſim; *an der Mühlbach* copioſe. Floret Julio, Auguſto.

635. Bidens, *cernua*, foliis lanceolatis amplexicaulibus, floribus cernuis, ſeminibus erectis. *Linn. Spec.* 1165. (*Hall.* 120.)

H. ſimilibus in locis cum præcedente rarius; *bey der obern Walckmühle*; *auf dem Säuwieſgen*; *auf der Burgermeiſter-Wieſe* frequens. Floret Julio, Auguſto.

Corollulæ *octo in ambitu diſci uti centrales* Hermaphroditæ, Tubo *tamen ſemper ventricoſiore depreſſo*, *locis diutius inundatis in* Corollulas *ligulatas* neutras *tranſeunt*. Vid. Coreops. *Bidens*.

## B. POLYGAMIA SUPERFLUA.

### * *Diſcoidei.*

### ARTEMISIA. G. P. 945.

*Recept.* ſubvilloſum vel nudiuſculum. *Pappus* nullus. *Cal.* imbricatus ſquamis rotundatis, conniventibus. *Corollæ* radii nullæ. S. N. 541.

636. Artemisia, *Abſinthium*, foliis compoſitis multifidis, floribus ſubgloboſis pendulis: receptaculo villoſo. *Linn. Spec.* 1188. (*Abſinthium. Hall.* 124.)

H. in cultis & ruderatis paſſim. Foret Julio, Auguſto.

*Pharm.* Absinthii vulgaris Herba.

Corollulæ Radii circiter 15, femineæ, nudæ.

637. Artemisia, *vulgaris*, foliis pinnatifidis planis inciſis ſubtus tomentoſis, racemis ſimplicibus recur-

recurvatis, floribus ovatis: radio quinquefloro. *Linn.* S. N. 542. *Spec.* 1188. (*Artemiſia. Hall.* 130.)

H. in ruderatis, ad vias *auf dem Hinterſand*, alibique copioſe. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* ARTEMISIÆ ALBÆ & RUBRÆ Herba.

## TANACETUM. G. P. 944.

*Receptaculum* nudum. *Pappus* ſubmarginatus. *Cal.* imbricatus, hemiſphæricus. *Cor.* radii obſoletæ, 3-fidæ. S. N. 541.

638. TANACETUM, *vulgare*, foliis bipinnatis inciſis ſerratis. *Linn. Spec.* 1184. (*Hall.* 132.)

H. ad verſuras & margines pratorum, in ruderatis paſſim. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* TANACETI Herba, Semina.

## CONYZA. G. P. 950.

*Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* imbricatus, ſubrotundus. *Cor.* radii trifidæ. S. N. 547.

639. CONYZA, *ſquarroſa*, foliis lanceolatis acutis, caule herbaceo corymboſo, calycibus ſquarroſis. *Linn.* S. N. 547. *Spec.* 1205. (*Hall.* 135)

H. in montoſis ſiccis apricis *am Dollberg*; *Hemberg*; *im Beilſtein* frequens. Floret Julio, Auguſto.

## GNAPHALIUM. G. P. 946.

*Recept.* nudum. *Pappus* plumoſus. *Cal.* imbricatus: ſquamis marginalibus rotundatis ſcarioſis, coloratis. S. N. 543.

a. *Argyrocoma*, ſ. *calycibus albis*.

640. GNAPHALIUM, *dioicum*, ſarmentis procumbentibus, caule ſimpliciſſimo, corymbo ſimplici, floribus dioicis. *Linn.* S. N. 545. *Spec.* 1199. (*Filago. Hall.* 157.)

α. Gnaphalium (Mas) montanum flore rotundiore. *Bauh. Pin.* 263.

β. Gnaphalium (Femina) montanum longiore & folio & flore. *Bauh. Pin.* 263.

H. α. & β. in collibus & ſterilibus montoſis *am Homberg Dollberg* & *Rebberg* copioſe. Floret Majo, Junio.

Feminæ *floſculi etiam corollati*: Tubo *tenui*, *ſuperne purpureo*, Limbo 5-*fido*-*erecto*. Pappus *vix plumoſus*, *in* Mare *radiis apice incraſſatis*.

*Pharm.* Gnaphalii Flores.

b. *Filaginoidea* ſ. *calycibus cinereis*.

641. Gnaphalium, *ſylvaticum*, caule herbaceo ſimpliciſſimo erecto, floribus ſparſis. *Linn.* S. N. 545. *Spec.* 1200. (*Filago. Hall.* 148.)

H. in ſylvaticis montoſis *am Beilſtein* copioſe; *im Güldnersgrund* rarius. Floret Julio, Auguſto.

Corollulæ hermaphroditæ 3 *ſ.* 5 *in centro diſci*; Femineæ *numeroſa in ambitu*: Tubo *tenui*, Limbo 5-*fido erecto inſtructa*. Pappus *capillaris*, *ſimplex*.

642. Gnaphalium, *uliginoſum*, caule herbaceo ramoſo diffuſo, floribus confertis terminalibus. *Linn.* S. N. 545. *Spec.* 1200. (*Filago. Hall.* 151.)

H. in ſtagnis, locis inundatis *auf dem Schießplatz*, & alibi frequens. Floret Julio, Auguſto.

Calyces *baſi tomentoſi*, *ſquamis acutiuſculis fuſcis*, *demum nigris*. Corollulæ hermaphroditæ *pauca in diſco*; Femineæ *plures in ambitu*, *tubuloſa*, Limbo 5-*fido*. Pappus *radiis tantum ſex brevibus deciduis conſtat*.

** *Radiati*.

## BELLIS. G. P. 962.

*Recept.* nudum, conicum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemiſphæricus: ſquamis æqualibus. *Semina* obovata. S. N. 560.

643. Bellis, *perennis*, ſcapo nudo. *Linn. Spec.* 1248. (*Hall.* 93.)

H. in paſcuis pratis & pomariis ubique. Floret toto fere anno.

*Pharm.* Bellidis minoris Herba, Flores.

## MATRICARIA. G. P. 967.

*Recept.* nudum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemiſphæricus, imbricatus: ſquamis marginalibus ſolidis, acutiuſculis. S. N. 563.

644. Matricaria, *Parthenium*, foliis compoſitis planis: foliolis ovatis inciſis, pedunculis ramoſis. *Linn. Spec.* 1255. (*Hall.* 100.)

H.

H. in ruderatis *auf dem Hinterſand*; in cultis *am Sieghauß*; ad ſepes paſſim. Floret Julio, Auguſto.
*Pharm.* MATRICARIÆ Herba, Flores.

645. MATRICARIA, *ſuaveolens*, receptaculis conicis, radiis deflexis, ſquamis calycinis margine æqualibus. *Linn.* S. N. 563 *Spec.* 1256.
H. in agris ad pagum *Sinn*; *in der Aue* rarius. Floret Julio, Auguſto.

646. MATRICARIA, *Chamomilla*, receptaculis conicis, radiis patentibus, ſquamis calycinis margine æqualibus. *Linn.* S. N. 563. *Spec.* 1256. (*Hall.* 101.)
H. in agris præſertim ſecalinis ubique copioſiſſime. Floret Majo & ſequ.
*Pharm.* CHAMOMILLÆ VULGARIS Flores.

## CHRYSANTHEMUM. G. P. 966.

*Recept.* nudum. *Pappus* marginatus. *Calyx* hemiſphæricus, imbricatus: ſquamis marginalibus membranaceis. S. N. 561.

### a. *Leucanthema.*

647. CHRYSANTHEMUM, *Leucanthemum*, foliis amplexicaulibus oblongis: ſuperne ſerratis; inferne dentatis. *Linn. Spec.* 1251. (*Matricaria. Hall.* 98.)
H. in pomariis & pratis paſſim. Floret Junio, Julio.
*Pharm.* BELLIDIS MAIORIS Herba.

648. CHRYSANTHEMUM, *inodorum*, foliis pinnatis multifidis, caule ramoſo diffuſo. *Linn. Spec.* 1253.
H. in agris & cultis *in der untern Pitze*; in ruderatis *bey dem dicken Thurm*; *am Dollberg* rarius. Floret Julio, Auguſto.
Flores *quam in C. Leucanth. paulo minores.* Calyx *plane-convexus*: *ſquamis interioribus margine membrana fuſca ſcarioſa undulata auctis.* Floſculi *radii* 13-15. Semina *tetragona, atra, angulis eburneis, apice* 4-*dentata.* Receptaculum *ovato-oblongum, intus cavum.*

649. CHRYSANTHEMUM, *corymboſum*, foliis pinnatis inciſo-ſerratis, caule multifloro. *Linn. Spec.* 1251. (*Pyrethrum. Hall.* 95.)
H. in ſylvis *im Beilſtein*; *am Homberg*, alibique frequens. Floret Julio, Auguſto.

Semina *tetragona*, *Calyculo tubuloſo*, *oblique truncato*, *denticulato*, *coronata*.

b. *Chryſanthemum*.

650. CHRYSANTHEMUM, *ſegetum*, foliis amplexicaulibus: ſuperne laciniatis; inferne dentato-ſerratis. *Linn. Spec.* 1254.

H. inter ſegetes; in cultis, ruderatis, ad vias paſſim. Floret Julio, Auguſto.

## ARNICA. G. P. 958.

**Recept.** nudum. *Pappus* ſimplex. *Corollulæ* radii filamentis 5 abſque antheris. S. N. 559.

651. ARNICA, *montana*, foliis ovatis integris: caulinis geminis oppoſitis. *Linn. Spec.* 1245. (*Hall.* 89.)

H. in pratis ſiccis circa pagos *Mademühlen*; *Roth*; alibique frequens; in pratis *am Rehberg* rarius. Floret Julio.

*Pharm.* ARNICAE Herba, Flores.

Calycis *foliola* 20, *ordine duplici*: *exteriora ſubcarinata*, *hirſuta*, *viſcoſa*; *interiora alterna linearia*, *lævia*. Corollulæ *radii tot quot calycis foliola*, *quinque-ſulcata*, *apice tridentata*. Filamenta 3-4, *rarius* 5, *inæqualia*, *ſulcis reſpondentia*, *faucis tubo inſerta*. Semen *Hermaphroditi angulato-cylindricum*, *ſurſum piloſum*, Pappo *capillari coronatum*. *Feminæ* Semen *angulo unico planiore*, Pappo *ſimillimo inſtructum*.

## INULA. G. P. 956.

**Recept.** nudum. *Pappus* ſimplex. *Antheræ* baſi in ſetas duas deſinentes. S. N. 557.

652. INULA, *Helenium*, foliis amplexicaulibus ovatis rugoſis: ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ovatis. *Linn. Spec.* 1236. (*Aſter. Hall.* 72.)

H. in pomariis & ad margines agrorum *am Dollberg*. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* HELENII ſ. ENULAE Radix.

Radii *Corollulæ acute tridentatæ*, *nec integræ*.

653. INULA, *Pulicaria*, foliis amplexicaulibus undulatis, caule proſtrato, floribus ſubgloboſis: radio breviſſimo. *Linn.* S. N. 558. *Spec.* 1238. (*Aſter. Hall.* 80.)

H. in

H. in inundatis *auf dem Schießplatz* copioſe; *auf dem Sänvviesgen* rarius. Floret Julio, Auguſto.

Radii Corollulæ *Limbo breviſſimo, tridentato.*

Seminum Pappus *radiis tantum ſex conſtat, mox deciduis.*

## ERIGERON. G. P. 951.

*Recept.* nudum. *Pappus* piloſus. *Cor.* radii lineares, anguſtiſſimæ. S. N. 549.

654. ERIGERON, *canadenſe*, caule floribuſque paniculatis. *Linn. Spec.* 1210. (*Hall.* 84.)

H. in agris inter Solanum tuberoſum, ſemel lectum *am Dollberg.* Floret Auguſto.

Caulis *bipedalis, ſulcatus, ſetis albidis rectis hirtus.* Folia radicalia *ovato-lanceolata, trinervia, ſubſerrata*: Caulina *ſparſa, patentiſſima, lineari-lanceolata, ciliata.* Corollulæ Diſci *Limbo 4-fido, patulo*: Stigmatibus *apice conniventibus.* Cor. Radii *acute bidentata.* Stigmatibus *longis, patentiſſimis.*

655. ERIGERON, *acre*, pedunculis alternis unifloris. *Linn. Spec.* 1211. (*Hall.* 85.)

H. in ſiccis glareoſis *am Homberg*; *Dollberg*; *auf dem Schießplatz*, & alibi frequens. Floret Julio, Auguſto.

Floris corollulæ *triplices*: a, Diſci *centrales pauca* hermaphroditæ: *Limbo 5-fido, calyce breviores.* b, Diſci *laterales numeroſa* femineæ: *Tubo tenui*; *Limbo oblique truncato, longitudine calycis.* c, Radii *plures* femineæ, *ligulata, erecta*: *Limbo bidentato, calyce longiores.* *Omnium* Styli *altitudine inter ſe & Pappo æquales.*

## SOLIDAGO. G. P. 955.

*Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Cor.* radii circiter 5. *Calycis* ſquamæ imbricatæ, clauſæ. S. N. 556.

656. SOLIDAGO, *Virga aurea*, caule ſubflexuoſo angulato, racemis paniculatis erectis confertis. *Linn. Spec.* 1235. (*Hall.* 69.)

H. in ſylvaticis montoſis *am Homberg*, alibique. Floret Julio. Auguſto.

Corollulæ *radii ſæpius* 6-7; *diſci* 9-10. Stigmata *apice conniventia.*

## SENECIO. G. P. 953.

*Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* cylindricus, calyculatus: ſquamis apice ſphacelatis. S. N. 550.

a. *Floribus floſculoſis.*

657. SENECIO, *vulgaris*, corollis nudis, foliis pinnato-ſinuatis amplexicaulibus, floribus ſparſis. *Linn. Spec.* 1216. (*Hall.* 58.)

H. in cultis inter olera, vitium ubique vulgatiſſimum. Floret toto fere anno.

*Pharm.* SENECIONIS Herba.

b. *Floribus radiatis: radio revoluto.*

658. SENECIO, *viſcoſus*, corollis revolutis, foliis pinnatifidis viſcidis, ſquamis calycinis laxis longitudine perianthii. *Linn. Spec.* 1217. (*Hall.* 60.)

H. in cultis & ruderatis *auf dem Hinterſand*; in muris cœmeterii & urbis frequens. Floret Julio, Auguſto.

659. SENECIO, *ſylvaticus*, corollis revolutis, foliis pinnatifidis denticulatis, caule corymboſo erecto. *Linn. Spec.* 1217. (*Hall.* 59.)

H. in ſylvis *in der Hoerre* copioſe. Floret Julio.

c. *Floribus radiatis: radio patente, foliis pinnatifidis.*

660. SENECIO, *erucifolius*, corollis radiantibus, foliis pinnatifidis dentatis ſubhirtis, caule erecto. *Linn. Spec.* 1218. (*Hall.* 62. *var.* δ.)

H. ad margines agrorum *am Dollberg*; *Homberg*; & alibi frequens. Floret Julio, Auguſto.

661. SENECIO, *Jacobæa*, corollis radiantibus, foliis pinnato-lyratis: laciniis lacinulatis, caule erecto. *Linn. Spec.* 1219. (*Hall.* 62. *var.* α.)

H. iisdem in locis cum præcedente. Floret Julio, Auguſto.

d. *Floribus radiatis: radio patente, foliis indiviſis.*

662. SENECIO, *ſaracenicus*, corollis radiantibus, floribus corymboſis, foliis lanceolatis ſerratis glabriuſculis. *Linn. Spec.* 1221. (*Hall.* 65.)

H. in dumetis *auf der Weiſsgarberwieſe*; *auf der Sandwieſe*; in ſylvis *im Beilſtein* frequens. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* CONSOLIDÆ SARACENICÆ Herba.

TUSSILAGO. G. P. 952.

*Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Calycis* ſqua-

Digitized by Google

ſquamæ æquales, diſcum æquantes, ſubmembranaceæ. S. N. 550.

663. TUSSILAGO, *Farfara*, ſcapo unifloro imbricato, foliis ſubcordatis angulatis denticulatis. *Linn. Spec.* 1214. (*Petaſites. Hall.* 143.)

H. in agris argilloſis humentibus *in der Aue* frequens. Floret Aprili.

*Pharm.* TUSSILAGINIS ſ. FARFARÆ Radix, Herba, Flores.

Corollulæ *Radii integerrima.*

664. TUSSILAGO, *hybrida*, thyrſo oblongo, floſculis femineis nudis plurimis. *Linn. Spec.* 1214. (*Petaſites. Hall.* 140.)

H. in pratis humidis *unter der neuen Brücke*; *bey der untern Walkmühle*; *auf der Pfingſtwweide* copioſe. Floret Aprili.

Corollulæ femineæ *numeroſa, apice bifida.* Hermaphroditæ *vix* 3- ſ. 5, *in centro diſci.*

665. TUSSILAGO, *Petaſites*, thyrſo ovato, floſculis femineis nudis paucis. *Linn.* S. N. 550. *Spec.* 1215. (*Petaſites.* 138.)

H. cum præcedente copioſiſſime. Floret Aprili.

Corollulæ femineæ *in noſtrate penitus nullæ.* Pappus *in hac & præcedentibus ſeſſilis, nec ſtipitatus.*

## ANTHEMIS. G. P. 970.

*Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemiſphæricus, ſubæqualis. *Floſculi* radii plures quam 5. S. N. 565.

a. *Radio diſcolore* ſ. *albo.*

666. ANTHEMIS, *arvenſis*, receptaculis conicis: paleis ſetaceis, ſeminibus coronato-marginatis. *Linn. Spec.* 1261. (*Chamæmelum. Hall.* 103.)

H. in agris arvis & cultis paſſim. Floret Junio & ſequ.

Radix *biennis.* Caules *plures, proſtrati, diffuſi.* Folia *caneſcentia.* Pedunculi *longi, angulato-ſulcati, pubeſcentes.* Calycis *ſquamæ ovato-lanceolatæ: interiores ovatæ, membrana ſcarioſa auctæ.* Semina *lævia, ſubtetragona,* 10-*ſulcata, apice incraſſata, centro excavata, gibberibus* 10 *coronata.* Receptaculum *ovatum:* Paleæ *lanceolatæ, carinatæ, acuminatæ. Planta aliquem habet odorem, minus tamen fatentem quam in ſequente.*

667. Anthemis, *Cotula*, receptaculis conicis: paleis ſetaceis, ſeminibus nudis. *Linn. Spec.* 1261. (*Chamæmelum. Hall.* 104.)

H. in arvis ruderatis & cultis ubique. Floret Julio & ſequ. Radix *annua*. Caulis *unicus*, *erectus*. Folia *lævia*. Pedunculi *ſtriati*. Calycis *ſquamæ lineares*, *margine vix ullo*. Semina *obovata*, *ſtriata*, *pubeſcentia*, *apice contracto*, *vix poro excavato*, *nudo*. Receptaculum *oblongum*: Paleæ *ſetacea*, *anguſtiſſima*. *Planta fœtida*.

668. Anthemis, *tinctoria*, foliis bipinnatis ſerratis ſubtus tomentoſis, caule corymboſo. *Linn. Spec.* 1263 (*Chamæmelum. Hall.* 105.)

β. Buphthalmum alpinum flore candido. Triumf. obſ. 79. t. 80.

H. α, in ſterilibus ſiccis, inque muris & ruderatis paſſim. β, Floribus minoribus, Radio albo, infra medium flaveſcente: *am Dollberg* & *auf dem Schiesplatz* rarius. Floret Julio, Auguſto.

## ACHILLEA. G. P. 971.

*Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus. *Calyx* ovatus, imbricatus. *Floſculi* radii circiter 5. S. N. 566.

669. Achillea, *Ptarmica*, foliis lanceolatis acuminatis argute ſerratis. *Linn. Spec.* 1266. (*Hall.* 117.)

H. ad foſſas, in pratis humidis ubique. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* Ptarmicae Herba, Flores.

670. Achillea, *Millefolium*, foliis bipinnatis nudis: laciniis linearibus dentatis, caulibus ſuperne ſulcatis. *Linn.* S. N. 567. *Spec.* 1267. (*Hall.* 107.)

β. Millefolium purpureum majus. *Bauh. Pin.* 140.

H. α, in paſcuis ſiccis, ad verſuras paſſim; β. in gramnoſis *auf dem Hinterſand*; *auf der Sandwieſe*. Floret Julio & ſequ.

*Pharm.* α. Millefolii Herba, Flores.

671. Achillea, *nobilis*, foliis bipinnatis: inferioribus nudis planis, ſuperioribus obtuſis tomentoſis, corymbis convexis confertiſſimis. *Linn. Spec.* 1268. (*Hall.* 109.)

H. in

Digitized by Google

H. in montoſis aridis apricis circa *Aslar* & *Werdorff*. Floret Julio. ✠

Plantam hanc ipſe nondum legi.

# C. POLYGAMIA FRUSTRANEA.

## CENTAUREA. G. P. 984.

*Recept.* ſetoſum. *Pappus* ſimplex. *Cor.* radii infundibuliformes, longiores, irregulares. S. N. 572.

672. CENTAUREA, *Cyanus*, calycibus ſerratis, foliis linearibus integerrimis; infimis dentatis. *Linn. Spec.* 1289. (*Cyanus. Hall.* 191.)

H. in agris inter ſegetes paſſim. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* CYANI Flores.

673. CENTAUREA, *Scabioſa*, calycibus ciliatis, foliis pinnatifidis: pinnis lanceolatis. *Linn. Spec.* 1291. (*Cyanus. Hall.* 186.)

H. in montoſis ſterilibus frequens. Floret Julio.

674. CENTAUREA, *Jacea*, calycibus ſcarioſis laceris, foliis lanceolatis: radicalibus ſinuato-dentatis, ramis angulatis. *Linn. Spec.* 1293. (*Rhaponticum. Hall.* 195.)

H. in pratis ſiccis ubique. Floret Julio, Auguſto.

Pappus *ſetis breviſſimis, paucis, mox deciduis, conſtat.*

## RUDBECKIA. G. P. 980.

*Recept.* paleaceum, conicum. *Pappus* margine 4-dentato. *Calyx* duplici ordine ſquamarum. S. N. 570.

675. RUDBECKIA, *laciniata*, foliis compoſitis laciniatis. *Linn. Spec.* 1279.

H. in ſalicetis, ad ripas Dillæ *auf der Burgermeiſterwieſe*; ſemel lecta, nec iterum reperta; forte aliunde ex hortis aufuga fluminiſque inundatione advecta. Floret Julio & ſequ.

## COREOPSIS. G. P. 981.

*Recept.* paleaceum. *Pappus* bicornis. *Cal.* erectus, polyphyllus, baſi radiis patentibus cinctus. S. N. 570.

676. Coreopsis, *Bidens*, foliis lanceolatis ſerratis oppoſitis amplexicaulibus. *Linn. Spec.* 1281. (*Bidens. Hall.* 120. β.)

H. in foſſis & locis inundatis *an der Mühlbach*; *bey der obern Walkmühle*; alibique alternis annis plus minuſve frequens. Floret Julio, Auguſto.

Caulis *altior*, *erectior*, *minuſque ramoſus*; Folia *latiora*, *longius acuminata*, *argutius ſerrata*, *baſi manifeſtius connata*, *quam in* Bidente *cernua*. Florum *radio excepto*, *omnibus in reliquis partibus cum ea convenit*. Calyx *exterior pentaphyllus*, *radio paulo longior*: Foliolis *lanceolatis*, *integris*, *ſubciliatis*. Calyx *interior erecto-patens*: *ſquamis octo planis*, *glabris*, *ſtriatis*, *margine flavis*. Diſci corollulæ hermaphroditæ, *&* Semina *quadri-ariſtata*: *ariſtis duabus alternis brevioribus*, *uti in illa*. Radii Corollulæ *vero octo neutra*, *ſquamis calycinis oppoſita*, *ovali-oblonga*, *plana*, *patentes*, *flava*; *ſupra novem-ſulcata*, *ſubtus binervata*, *apice bi-ſ. tridentata* *ſæpe integerrima*: Tubo *brevi*; Germine *inermi*, *ſterili*; Stylo *nullo inſtructa*. *Quoniam inter has ſæpe obſervatur* Corollula *una alterave tubuloſa* hermaphrodita: Limbo 5-*fido*, Stylo Staminibus*que imperfectis inſtructa*, *ceteroquin Corollulis octo in* Bidentis *cernua ambitu memoratis ſimillima*, *extra dubium eſſe patet*: Plantam *hanc ab illa minime eſſe diverſam*, *ſolo Floris radio vero*, *ſingulari artificio Naturæ*, *diverſiſſimam evadere*. *Cauſſa hujus metamorphoſeos in loco natali diutius inundato certe latet*: *quia æſtate humida poſt diuturnas pluvias*, *diverſis in locis*, *ubi ſimplici Flore provenire ſolebat*, *mere flores radiatos*, *ac ne unicum quidem abſque radio*, *in numeroſis plantis reperire potui*; *æſtate ſicciori vero*, *ſimplici flore non radiato*, *iisdem in locis ſemper*, *ſemel tantum flores radiatos & non radiatos in eadem planta obſervavi*.

# D. POLYGAMIA NECESSARIA.

## FILAGO. G. P. 995.

*Recept.* nudum. *Pappus* nullus. *Cal.* imbricatus. *Floſculi feminei* inter ſquamas calycis locati. S. N. 580.

677. Filago, *germanica*, panicula dichotoma, floribus rotundatis axillaribus hirſutis, foliis acutis. *Linn. Spec.* 1311. (*Hall.* 153.)

H. in ſterilibus arenoſis *auf dem Stüzelberg*; *auf dem Schiesplatz*; alibique vulgaris. Floret Julio, Auguſto. Caulis

Caulis *dodrantalis*, *erectus*, *foliatus*, *albido-tomentoſus*, *baſi ramoſus*. Capitulum *terminale globoſum*, *ex pluribus floribus arcte congeſtis compoſitum*; *ſub quo dein rami duo oppoſiti rarius tres enaſcuntur*, *ſimilibus Capitulis terminati*; *ſic diviſione ramorum ſimili modo repetita*, *caulis tandem dichotomo-brachiatus fit*, *ramis horizontalibus*, & *capitula antea terminalia demum axillaria evadunt*. Flores *pentagoni*, *baſi tomentoſi*: *ſquamis calycinis ovato acuminatis*, *interioribus ariſtatis*, *coloratis*, *nitidis*. *In hac Specie & duabus ſequentibus triplices floſculos in ſingulo* Flore, *omnes corollatos*, *obſervo*:

a. Diſci centrales 2. ſ. 3. hermaphroditi, *tubuloſi*: Limbo 4-*fido*, *patente*; Stigmatibus *erecto-patulis*, *longitudine Limbi*; Germine *exiguo*, *abortiente*, Pappo *brevi ſimplici inſtructo*.

b. Diſci laterales *numeroſi*, feminei: Tubo *tenui baſi tumido*; Limbo 4-*fido*, *erecto*; Stigmatibus *patulis*, *Limbo longioribus*; Semine *fertili*, Pappo *ſimili coronato*.

c. Floſculi *inter ſquamas* Calycis *exteriores* 5 ſ. 7, feminei, *etiam corollati*: Tubo *tenuiſſimo*, *vix armatis oculis conſpicuo*; Limbo *bifido*, *acuto*: Stylo *limbo longiore*; Stigmatibus *longis patentibus*; Semine *oblongo fertili*, Pappo *nullo*.

678. Filago, *montana*, caule ſubdichotomo erecto, floribus conicis terminalibus axillaribuſque. *Linn*. S. N. 580. *Spec*. 1311. (*Hall*. 155.)

H. in arvis & campis arenoſis *am Dollberg*; *Homberg*; alibique vulgaris. Floret Julio, Auguſto.

679. Filago, *arvenſis*, caule paniculato, floribus conicis lateralibus. *Linn*. *Spec*. 1312. (*Hall*. 154.)

H. in campis aridis ſabuloſis ubique. Floret Julio, Auguſto. *Hujus* Semen hermaphroditi Pappo *deſtitutum*. *In hac & antecedente* Floſculi *triplices*, *omnes corollati*, *uti in F. germanica*.

## CALENDULA. G. P. 990.

*Receptac*. nudum. *Pappus* nullus. *Cal*. polyphyllus, æqualis. *Sem*. diſci membranacea. S. N. 577.

680 Calendula, *officinalis*, ſeminibus cymbiformibus muricatis incurvatis omnibus. *Linn*. *Spec*. 1304.

H. in

H. in cultis *am Sieghaus*; *auf dem Hinterſand* rarius. Floret Julio, Auguſto.

*Pharm.* Calendulæ Flores.

# E. MONOGAMIA.

## JASIONE. G. P. 1005.

*Cal.* communis 10-phyllus. *Cor.* 5-petala, regularis. *Caps.* infera, bilocularis. S. N. 582.

681. Jasione, *montana*. *Linn. Spec.* 1317. (*Rapunculus. Hall.* 678.)

H. in collibus apricis ſiccis paſſim, *am Rehberg*; *Galgenberg*; alibique copioſe. Floret Julio, Auguſto.

Calyx *conſtanter icoſiphyllus*: Foliolis *quatuor ſerierum ſubſerratis*, *exterioribus gradatim majoribus*. Antheræ *ante pertuſionem Stigmatis fere coalita*, *demum evacuato polline patentes*, *baſi cohærentes.*. Floſculi Diſci centrales ſteriles: Stigmate *clavato integerrimo*, *polline adſperſo*, *nec villoſo*; Capſulis *brevius pedicellatis*, *nunquam ad maturitatem pervenientibus*. Floſculi laterales *numeroſiores* fertiles: Stigmate *clavato demum bifido*. *Quoniam horum* Antheræ, *tempore ruptionis Stigmatis*, Polline *evacuata ſunt*, *veriſimile eſſe patet*, *Stigmata a Polline ſuperiorum Antherarum fæcundari*. Styli *ſuperiorum floſculorum omnes erecti*; *inferiorum fertiliorum vero declinati*, *Stigmata pro faciliori Pollinis receptione ſurſum porrigentes.*

## VIOLA. G. P. 1007.

*Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis, poſtice cornuta. *Caps.* ſupera, 3-valvis, 1-locularis. S. 584.

a. *Acaules.*

682. Viola, *hirta*, acaulis, foliis cordatis piloſo-hiſpidis. *Linn. Spec.* 1324. (*Hall.* 559.)

H. in ſylvaticis *im Beilſtein*; in dumetis & ſepibus *am Rehberg* & *Homberg* frequens. Floret Majo, Junio.

Capſula *ſubgloboſa*, *tricarinata*, *hirta*, *nutans*, *terram petens*.

683. Viola, *odorata*, acaulis, foliis cordatis, ſtolonibus reptantibus. *Linn. Spec.* 1324. (*Hall.* 558.)

H. in pomariis, locis pinguibus umbroſis frequens. Floret Martio, Aprili.

*Pharm.*

*Pharm* VIOLARIÆ Herba; VIOLÆ Flores, Semina.

Hujus Prolem hybridam ſemel legi loco umbroſo *am Homberg*: Floribus *majoribus*, *campanulatis*; Petalis *fere æqualibus conniventibus*, omnibus baſi calcaratis, Aquilegiæ *Flores*, *demtis petalis*, *referentibus*. VIOLÆ PELORIA?

b. *Cauleſcentes*.

684. VIOLA, *canina*, caule adultiore adſcendente, foliis oblongo-cordatis. *Linn. Spec.* 1324. (*Hall.* 563.)

H. in paſcuis ſylvaticis; ad ſepes ubique. Floret Aprili, Majo.

Hujus varietatem ſingularem legi in ſylvis *in der Hoerre*: Caule *dodrantali erecto*. Foliis *obtuſioribus*, *ſcabriuſculis*. Floribus *radicalibus primo vere nullis*; *caulinis inferioribus omnibus ſterilibus*: Petalis Antheris Germine*que quidem inſtructis*, *ut in V. canina*, Stigmate *vero ſemper imperfecto*, *capitato*, *ſetis ſurſum verſis hirto*. Floribus *ſuperioribus omnibus fertilibus*: *at apetalis*, *vel vix rudimentis Petalorum minimis inſtructis*; Antheris *nullis*; Piſtillo *perfecto*, *mox in* Capſulam *intumeſcente V. Canina ſimillimam*. *Ad* Violam *mirabilem accederet*, *niſi Stipula ſerrato-ciliata*, & Flores *inferiores magnitudine*, *colore*, *odoriſque defectu*, Violæ *caninæ eſſent ſimillimi*.

c. *Stipulis pinnatifidis*; *Stigmate urceolato*.

685. VIOLA, *tricolor*, caule triquetro diffuſo, foliis oblongis inciſis, ſtipulis pinnatifidis. *Linn.* S. N. 589. *Spec.* 1326.

α. Viola bicolor arvenſis. *Bauh. Pin.* 200. (*Hall.* 569.)

β. Viola tricolor hortenſis repens. *Bauh. Pin.* 299. (*Hall.* 568.)

H. α. in cultis & agris ubique copioſe; β. in cultis *auf der Schafdille*. Floret æſtate.

In Var. α, Petala *vix calycis longitudine*, *ſæpius breviora*.

## IMPATIENS. G. P. 1008.

*Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis, nectario cucullato. *Caps.* ſupera, 5-valvis. S. N. 586.

686.

686. Impatiens, *noli tangere*, pedunculis multifloris ſolitariis, foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. *Linn. Spec.* 1329. (*Hall.* 517.)

H. in nemoroſis ſubhumidis ad *Erbach* copioſe; *im Beilſtein*; *an der Mühlbach* alibique frequens. Floret Julio.

Squamæ *duæ*, *ovatæ*, *minimæ*, *ad baſin* Petali *ſuperioris*, Calyce *tectæ*: quid?

# CLASSIS XX.

# GYNANDRIA.

## A. DIANDRIA.

### ORCHIS. G. P. 1009.

*Nectarium* corniforme pone florem. S. N. 589.

*a. Bulbis indiviſis.*

687. Orchis, *bifolia*, bulbis indiviſis, nectarii labio lanceolato integerrimo: cornu longiſſimo, petalis patentibus. *Linn. Spec.* 1331. (*Hall.* 1285.)

β. Orchis trifolia minor. *Bauh. Pin.* 83.

H. α, in ſylvaticis montoſis *am Beilſtein* & *Homberg*; β, floribus duplo minoribus, odoratiſſimis, calcaribus filiformibus: in pratis ſiccis *am Rehberg* copioſe. Floret Majo, Junio.

688. Orchis, *Morio*, bulbis indiviſis, nectarii labio quadrifido crenulato: cornu obtuſo adſcendente, petalis obtuſis conniventibus. *Linn.* S. N. 589, *Spec.* 1333. (*Hall.* 1282.)

H. in pomariis *am Sieghaus* rarius; in pratis ſiccis *am Rehberg* frequens, Floret Majo.

689. Orchis, *maſcula*, bulbis indiviſis, nectarii labio quadrilobo crenulato: cornu obtuſo, petalis dorſalibus reflexis. *Linn. Spec.* 1333. (*Hall.* 1283.)

H. in pratis ſylvaticis *hinter dem Homberg*; & alibi frequens. Floret Majo, Junio.

*Pharm.* Satyrii Radix.

690. Orchis, *uſtulata*, bulbis indiviſis, nectarii labio quadrifido punctis ſcabro: cornu obtuſo, petalis diſtinctis. *Linn. Spec.* 1333. (*Hall.* 1273.)

H. in montoſis muſcoſis *am Rehberg* rarius. Floret Junio.

b. *Bulbis palmatis.*

691. Orchis, *latifolia*, bulbis ſubpalmatis rectis, nectarii cornu conico: labio trilobo lateribus reflexo, bracteis flore longioribus. *Linn. Spec.* 1334. (*Hall.* 1279.)

H. in pratis humidis paſſim. Foliis *maculatis*, & *non maculatis ludit*. Floret Majo.

692. Orchis, *maculata*, bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu germinibus breviore: labio plano, petalis dorſalibus erectis. *Linn.* S. N. 590. *Spec.* 1335. (*Hall.* 1278.)

H. in pratis ſylvaticis *am Rehberg* copioſe. Floret Majo, Junio.

Bracteæ *ſubſerrulatæ*. Labii *lacinia intermedia minor*, *integerrima*, *acuta*.

693. Orchis, *odoratiſſima*, bulbis palmatis, nectarii cornu recurvo breviore: labio trilobo, foliis linearibus. *Linn.* S. N. 590. *Spec.* 1335. (*Hall.* 1274.)

H. in pratis ſiccis *am Rehberg*. Floret Junio.

694. Orchis, *conopſea*, bulbis palmatis, nectarii cornu ſetaceo germinibus longiore: labio trifido, petalis duobus patentiſſimis. *Linn. Spec.* 1335. (*Hall.* 1287.)

H. in pratis montoſis *am Rehberg*; & alibi frequens. Floret Majo, Junio.

c. *Bulbis faſciculatis.*

695. Orchis, *abortiva*, bulbis faſciculatis filiformibus, nectarii labio ovato integerrimo, caule aphyllo. *Linn.* S. N. 591. *Spec.* 1336. (*Epipactis. Hall.* 1288.)

H. in ſylvis, *im Schoenbacher Wald* rarius. Floret Majo. ✠.

OPHRYS.

Digitized by Google

## OPHRYS. G. P. 1011.

*Nectarium* ſubtus ſubcarinatum. S. N. 592.

696. Ophrys, *Nidus avis*, bulbis fibroſo-faſciculatis, caule vaginato aphyllo, nectarii labio bifido. *Linn.* S. N. 592. *Spec.* 1339. (*Epipactis. Hall.* 1290.)

H. in nemoroſis ad *Schoenbach*; *im Hirſchberg* copioſe; in pratis ſylvaticis *am Rehberg* rarius. Floret Majo, Junio.

697. Ophrys, *ovata*, bulbo fibroſo, caule bifolio, foliis ovatis, nectarii labio bifido. *Linn. Spec.* 1340. (*Epipactis. Hall.* 1291.)

H. in pratis ſylvaticis *am Rehberg* frequens; in pomariis paſſim parcius. Floret Majo, Junio.

## SERAPIAS. G. P. 1012.

*Nectarium* ovatum, gibbum, labio ovato. S. N. 593.

698. Serapias, *latifolia*, bulbis fibroſis, foliis ovatis amplexicaulibus, floribus pendulis. *Linn.* S. N. 593. S. *Helleborine. α. Spec.* 1344. (*Epipactis. Hall.* 1297.)

H. in pratis humidis ad pagos *Schoenbach*, *Driedorff* & *Roth*. Floret Junio, Julio.

699. Serapias, *longifolia*, bulbis fibroſis, foliis enſiformibus ſeſſilibus, floribus pendulis. *Linn.* S. N. 593. (*Epipactis. Hall.* 1296.)

H. in pratis ſiccis *hinter dem Homberg* copioſe. Floret Julio.

700. Serapias, *rubra*, bulbis fibroſis, foliis enſiformibus, floribus erectis: nectarii labio acuto. *Linn.* S. N. 594. (*Epipactis. Hall.* 1299.)

H. in ſylvis *im Beilſtein*; *in der Hoerre*; *im Hirſchberg* infrequens. Floret Julio.

Bulbi *teretes*, *flexuoſi*, *ſubtomentoſi*, *ſimplices*. Spadix *pedalis*, *ad baſin ſquamis aliquot ſtriatis vaginantibus veſtitus*; *ſuperne nudus*, *inter Flores pubeſcens*. Folia 5-*nervia*: *infimum ovatum*, *ſequentia duo ovato-lanceolata*, *reliqua* 2 ſ. 3. *enſiformia*.

Flores

Flores *erecti*, *magni*, *pauci*. (5 ſ. 9.) Bracteæ *lanceolatæ*, *acutæ*, *inferiores longitudine Germinis*, *ſuperiores gradatim breviores*. Petala *quinque*, *ovato-lanceolata*, *acuminata*, *purpurea*, *ſubconniventia*, *inferioribus duobus baſi latioribus magis hiantibus*. Nectarium *Petalis vix longius*, *ſubtus convexo-planum*, *pone gibbum*, *ſulco longitudinali*: Labellum *albidum ſubcordatum*, *acuminatum*, *apice reflexum*, *margine adſcendente ſerrulato*; *ſupra totum cum poſtica parte*, *lineolis novem*, *eminentibus*, *longitudinalibus*, *undulatis*, *flavis*, *notatum*. *Stylus arcuatus*, *ſupra convexus*, *ſubtus canaliculatus*, *apice tridentato*. Antheræ *minimæ*. Capſula *oblonga*, *anguloſa*.

# B. HEXANDRIA.

## ARISTOLOCHIA. G. P. 1022.

Hexagyna. *Cal.* nullus. *Cor.* 1-petala, lingulata, integra. *Caps.* 6-locularis, infera. S. N. 600.

701. Aristolochia, *clematitis*, foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus confertis. *Linn. Spec.* 1364. (*Hall.* 1029.)

H. in cultis *in der Callenbach* copioſe; in hortis *vor dem untern Thor*, alibique vitium pervulgare. Floret Junio.
*Pharm.* Aristolochiæ Herba.

# C. POLYANDRIA.

## ARUM. G. P. 1028.

*Spatha* monophylla, cucullata. *Spadix* ſupra nudus, inferne femineus, medio ſtamineus. S. N. 603.

702. Arum, *maculatum*, acaule, foliis haſtatis integerrimis: ſpadice clavato. *Linn. Spec.* 1370. (*Hall.* 1302.)

H. in ſylvis & nemoribus paſſim. Foliis maculatis & non maculatis ludit. Floret Majo.
*Pharm.* Ari Radix.

N CLAS-

# CLASSIS XXI.

# MONOECIA.

## A. DIANDRIA.

### LEMNA. G. P. 1038.

MASC. *Cal.* 1 - phyllus. *Cor.* nulla.

FEM. *Cal.* 1 - phyllus. *Cor.* nulla. *Stylus* 1. *Caps.* 1 - locularis. S. N. 614.

703. LEMNA, *minor*, foliis ſeſſilibus utrinque planiuſculis, radicibus ſolitariis. *Linn. Spec.* 1376. (*Hydrophace. Hall.* 1900.)

H. in aquis ſtagnantibus *im Judenvveyer*; *bey der Weiſsgärber-vvieſe*, & alibi frequens. Floret Junio, Julio.

704. LEMNA, *gibba*, foliis ſeſſilibus ſubtus hemiſphæricis, radicibus ſolitariis. *Linn. Spec.* 1376. (*Hall.* 1898.)

H. in ſtagnis ad *Criedorf*. Floret Julio.

## B. TRIANDRIA.

### CAREX. G. P. 1046.

MASC. Amentum imbricatum. *Cal.* 1 - phyllus. *Cor.* 0.

FEM. Amentum imbricatum. *Cal.* 1 - phyllus. *Cor.* 0. *Nectarium* inflatum, 3 - dentatum. *Stigmata* 3. *Semen* triquetrum, intra nectarium. S. N. 616.

A. Stylus bifidus. Semina hinc convexa, inde plana.

a. *Spica unica ſimplici.*

705. CAREX, *pulicaris*, ſpica ſimplici androgyna: ſuperne maſcula, capſulis divaricatis retroflexis. *Linn. Spec*, 1380. (*Hall.* 1350.)

H. in pratis uliginoſis *in der Alzbach* frequens. Floret Majo, T. XIV.

T. XIV. f. 1. Radix *denſa*, *fibroſa*, *rufeſcens.* Culmi *florentes vix ſpithamæi*, *deflorati dodrantales*, ſ. *pedales*, *erecti*, *nudi*, *enodes*, *læves*, *teretes*, *altero latere planiore*: Vaginis *aliquot ad baſin veſtiti*, *inferioribus in foliola brevia*, *ſuperioribus in acumina deſinentibus.* Folia radicalia *erecta*, *carinato-ſetacea*, *ſcabra*, *apice compreſſo*, *culmo breviora.* Spica *terminalis*, *ſimplex*, *cylindracea*, *ſubtrigona*, (1) ſuperne ad medium uſque maſcula; (♂) inferne feminea. (♀) Cal. ſquamæ *fuſca*, *albido-marginatae*: *maſcula oblongae*, *obtuſae*, (♂ a A II.) *perſiſtentes*; *feminea ovata*, *acutæ*, *decidua.* (♀ a) Capſulæ *ſpadiceo-rufeſcentes*, *nitida*, *erectae*, *rachi trigona articulata adpreſſa*, *demum retroflexa.* (p.)

b. *Spicis androgynis.*

706. CAREX, *arenaria*, ſpica compoſita, ſpiculis androgynis: inferioribus remotioribus foliolo longiori inſtructis, culmo triquetro. *Linn. Spec.* 1381. (*Hall.* 1362. & 1363.?)

T. XIV. f. 2. Radix *funiformis*, *articulata*, *profunde ſub terra repens*; *geniculis remotis*, *fibroſis*, *ſetis barbatis.* Culmi *ultrapedales*, *ſubfoliati*, *triquetri*, *ſuperne nudi ſcabri.* Folia *anguſta*, *carinata*, *ſcabra*, *inferiora lævia*, *longitudine culmi florentis.* Spica *erecta*, *demum nutans*, *compoſita*: Spiculis 20. ſ. 30. *ſeſſilibus*, *oblongis*, *acuminatis*, *flavo-ferrugineis*, *nitidis*, *confertis*, *inferioribus remotioribus*, *alternis*; (I. ✢. ♀.) *quarum*, duae infimæ & terminalis (II ♀) totæ femineæ; intermediæ 2 ſ. 3, femineæ apice maſculæ; (✢ ♀ ♂) ſuperiores plures (15-20) confertæ, totæ maſculæ, (♂) ſteriles. Bractea *ſingula ſpicula ſubjecta ſeſſilis*, *lanceolato-acuminata*; (✢ II.) *dua ſeu tres inferiores ovata*, *in foliolum ſetaceum propria Spicula vix longius deſinentes* Cal. ſquamæ *maſculae lanceolata*; (a. ♂.) *femineae ovata*, *acuta.* (♀ a) Nectarium *margine ſcabrum.* (I. L) *Spicula feminea fructu maturo ovata*, *valde incraſſatae.* (♀) Capſulæ *ovata*, *acuminata*, *acute marginata*, *apice bifido*; (p) *ſæpe corniculata*, *majores*, (*) *ob larvam inſecti cujusdam inhabitantis*, *monſtroſa.*

707. CAREX, *leporina*, ſpica compoſita, ſpiculis ovatis ſeſſilibus approximatis alternis androgynis nudis. *Linn. Spec.* 1381. (*Hall.* 1361.)

H. in pratis humidis ad pagum *Sinn*; *im Pulversgrund*, & alibi infrequens. Floret Majo.

T. XIV. f. 6. Radix *multiplex*, *fibroſa.* Culmi 1 ſ. 2-*pedales*, *erecti*, *ſubfoliati*, *trigoni*, *læves*, *inter ſpiculas flexuoſi*, *ſcabri.*

*ſcabri.* Folia *anguſta*, *carinata*, *ſcabra*, *culmo breviora*. Spiculæ 5 ſ. 6, *alterna*, *diſtincta*: *florentes ovata*, (I) *fuſco-virentes*, *fructiferæ ſubrotunda*, (II) *ferruginea* ſ. *fuſca*, *nitida*; omnes femineæ, apice maſculæ. Bracteæ *ovato-oblonga*, *quarum infima ſubariſtata*, *ſpiculis breviores*, Cal. ſquamæ *ovato-lanceolata*, *acuminata*, (a A) *ferruginea*, *nervo viridi*, *margine albido*. Capſulæ *lanceolata*, *acuminatae*, *margine acuto*, *ſcabro*, (p. P.) *calyce non longiores*. (A. P.)

708 CAREX, *vulpina*, ſpica ſupradecompoſita inferne laxiore, ſpiculis ovatis androgynis glomeratis: ſuperne maſculis. *Linn.* S. N. 616. *Spec.* 1382. (*Hall.* 1364?)

H. in foſſis urbis & cœmeterii, *im Judenweyer*; *in der Altzbach* frequens. Floret Majo, Junio.

T. XIV. f. 5. Radix *multiplex*, *denſa*, *fibroſa*. Culmi *bi-* ſ. *tripedales*, *ſubfoliati*, *exacte triquetri*, *craſſi*, *angulis acutis ſuperne retrorſum ſcabris*; *farcti medulla arachnoidea*. Folia *lata*, *carinata marginibus replicatis*, *flavo viridia*: radicalia *lævia*; culmea *margine carinaque ſcaberrima*. Spica *coarctato-ramoſa*, *demum hiſpida*, *plus minusve contracta*, *compoſita*: *ramulis inferioribus* 3 ſ. 4 *alternis*, *ſub floreſcentia diſtinctioribus*, (I) *ſpiculis glomeratis obtectis*. Spiculæ *ovata*, *griſeo-virentes*: omnes femineæ (♀) apice maſculæ. (♂) Bracteæ *ramulis ſubjecta ſemiamplexantes*, *baſi ovata in foliolum ſetaceum longitudine ramuli*, *deſinentes*; *Bractea ſingula ſpicula propria*, *lanceolato ſetacea*, (☿) *ſpicula vix longior*. Capſulæ *ovata*, *acuta*, *fuſca*, (p.) *divergentes*. (II)

709. CAREX, *muricata*, ſpiculis ſubovatis ſeſſilibus remotis androgynis, capſulis acutis divergentibus ſpinoſis. *Linn. Spec.* 1382. (*Hall.* 1365. & *var. minor.* 1366?)

H. in pratis ſylvaticis *hinter dem Homberg*, alibique frequens. Floret Majo.

HERMAPHROD. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* 5. *Stylus* 2-partitus. *Sem.* 1, depreſſum.

FEM. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* 0. *Stylus* 2-partitus. *Sem.* 1. compreſſum. S. N. 673.

775. ATRIPLEX, *hortenſis*, caule erecto herbaceo, foliis triangularibus. *Linn. Spec.* 1493.

H. in cultis *in der Pitze*, quaſi ſpontanea frequens. Floret Julio.

776. ATRIPLEX, *haſtata*, caule herbaceo, calycinis valvulis femineis magnis deltoidibus ſinuatis. *Linn.* S. N. 673. *Spec.* 1494. (*Hall.* 1617.)

H. ad vias, in cultis *in der Pitze*; *vor dem Homberg*, & alibi frequens. Floret Julio, Auguſto.

Calycinæ valvulæ femineæ *haud raro in hac etiam diſco dentata*.

777. ATRIPLEX, *patula*, caule herbaceo patulo, foliis ſubdeltoideo-lanceolatis, calycibus ſeminum diſco dentatis. *Linn. Spec.* 1494. (*Hall.* 1616*)

H. in cultis paſſim. Floret Julio, Auguſto.

# B. DIOECIA.

## FRAXINUS. G. P. 1160.

HERMAPHROD. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Stam.* 2. *Piſt.* 1. *Sem.* 1, lanceolatum.

FEM. *Piſt.* 1. lanceolatum. S. N. 679.

778. FRAXINUS, *excelſior*, foliolis ſerratis, floribus apetalis. *Linn. Spec.* 1509. (*Hall.* 528.)

H. ad ripas *Dillæ*; *an der Mühlbach*; in ſepibus *im Röſenvväldgen*. Floret Aprili.

*Pharm.* FRAXINI Cortex, Semina.

CLASSIS

# CLASSIS XXIV.
# CRYPTOGAMIA.
## A. FILICES.

### * *Fructificationes ſpicatæ.*

EQUISETUM. G. P. 1169.

*Spica* fructificationibus peltatis, baſi dehiſcentibus multivalvi. S. N. 684.

779. EQUISETUM, *ſylvaticum*, caule ſpicato, frondibus compoſitis. *Linn. Spec.* 1516. (*Hall.* 1680.)

H. in ſylvis *in der Hoerre* copioſe, circa *Langenaubach*, *Rehe*, & *Breitſcheid* frequens; *am Beilſtein* rarius. Floret Aprili, Majo.

Frondes 3 ſ. 4. *pedales*: Caule *gracili*, *ſcabro*; Vaginis *amplis*, *dilatatis*: *dentibus latis.* Folia *in ſingulo* Verticillo 16-24. *longa*, *ſtricta*, *tenuia*, *tetragona*, *ſubſcabra*, *iterum verticillata*: Foliolis *quinis vel ſeptenis.* Spica *terminalis elongata in eadem fronde.*

780. EQUISETUM, *arvenſe*, ſcapo fructificante nudo; ſterili frondoſo. *Linn. Spec.* 1516. (*Hall.* 1676.)

H. in agris *in der Aue*; in cultis *in der Pitze* copioſiſſime. Floret Aprili, Majo.

*Pharm.* EQUISETI Herba.

Scapus *fructificans brevis*, *craſſus*, *aphyllus*, *marceſcens*: Vaginis *amplis*, *laxis.* Spica *oblonga*, *ventricoſa*, *acuta.* Frondes *ſteriles ſeriores*, *ſeſquipedales*, *ſcabræ*: Caule *tenui*; Vaginis *multidentatis*; Foliis 12-15 *in ſingulo verticillo*, *ſubramoſis.*

781. EQUISETUM, *paluſtre*, caule angulato, frondibus ſimplicibus. *Linn. Spec.* 1516. (*Hall.* 1677. α. & β III.)

β, Equiſetum paluſtre minus polyſtachyon. *Bauh. Pin.* 16. (*Hall.* 1677. α II.)

H. α in pratis paludoſis *hinter dem Homberg*; β, in pratis aquoſis *auf der Burgermeiſterwieſe* rarius. Floret Junio.

Scapus *fructificans pedalis*, *angulato ſulcatus*, *lævis*, *nudus*; Spica *reliquis minore*, *ovata*, *defloruta graciliori*, *lineari. Sub floreſcentia* Folia 6 & 10 *ex* Vaginis *atris enaſcuntur brevia*, *demum*

*demum longiora, ſulcata, lævia; apice caulis antea ſpicifero, in mucronem folio ſimilem longiſſimum producto.*

*Hujus Pollen ex Spica* Peltis *recens excuſſum, omnium vivaciſſime ſaltare vidi.*

Pollen *hoc ſphærulis conſtat nitidis; quarum ſingula juxta baſin emittit fila quatuor albida æqualia, duo ſemper duplo longiora, omnia apice in tendiculam terminata; ante explicationem globulum arcte circumligantia. Si charta imponuntur, fila omnia elaſtice ſimul, annexa baſi, diſſiliunt; alternaque contractione & dilatatione, ſphærula tripudiare, & pyroboli inſtar ſubſultus facere, per lentem obſervantur.*

Var. β, *differt*: Frondibus *minoribus*; Foliis *fere omnibus apice ſpiciferis; caulina Spica reliquis duplo majore.*

782. EQUISETUM, *fluviatile*, caule ſtriato, frondibus ſubſimplicibus. *Linn. Spec.* 1517. (*Hall.* 1675.)

H. in foſſis *auf der neuen Wieſe, am Bockshayn* copioſe. Floret Majo, Junio.

Scapus *fructificans* 3 ſ. 4-*pedalis, craſſitie digiti minoris, aphyllus, ſtriatus, fiſtuloſus, glaber.* Spica *coloratiuſcula*: Polline *cæruleſcente.* Frondes *ſteriles majores, læves*: Vaginis *multidentatis*; Foliis *in ſingulo verticillo* 24-36-*ſimpliciuſculis, tetragonis, ſulcatis, lævibus.*

783. EQUISETUM, *limoſum*, caule ſubnudo lævi. *Linn. Spec.* 1517. (*Hall.* 1677. β. II.)

H. in paludibus *am Mühlnberg* circa *Sinn* copioſiſſime. Floret Majo.

*Specimina mea vix credo differre a præcedente*; Caulis *minus ſulcatus*, Vaginæ *ampliores, argutius dentatæ.* Folia *pauciora, ſæpe nulla.* Spica *ſimillima.*

784. EQUISETUM, *hyemale*, caule nudo ſcabro baſi ſubramoſo. *Linn. Spec.* 1517. (*Hall.* 1679.)

H. in ſylvaticis uliginoſis *im Breitſcheidervvald*; ad *Langenaubach, bey dem vvilden Weiberhäusgen* frequens. Floret Majo.

Caulis 3-4-5-*pedalis ſimplex, teres, ſtrictus, ſulcatus, aſperrimus, baſi tantum rarius folioſus*: Vaginis *brevibus, arctis, albis; dentibus nigris. Equiſetum hoc ob eximiam durabilioremque aſperitatem, Scriniariis, Tornatoribus & Aurifabris neceſſarium; ad lævigationem & politionem aptiſſimum.*

## OPHIOGLOSSUM. G. P. 1171.

*Spica* articulata, diſticha: articulis tranſverſim dehiſcentibus. S. N. 684.

785.

785. Ophioglossum, *vulgatum*, fronde ovata. *Linn. Spec.* 1518. (*Hall.* 1685. *Weis. Plant. crypt.* 283.)

H. in pratis editioribus ſubhumidis *in der Altzbach*; *am Homberg*; *im Güldnersgrund*; *im Thiergarten* copioſe. Floret Junio.

*Pharm.* Ophioglossi Herba.

## OSMUNDA. G. P. 1172.

*Spica* ramoſa: Fructificationibus globoſis. S. N. 684.

786. Osmunda, *Lunaria*, ſcapo caulino ſolitario; fronde pinnata ſolitaria. *Linn. Spec.* 1519. (*Hall.* 1686. *Weis. P. c.* 285.)

H. in pratis & paſcuis ſiccioribus *hinter dem Homberg*; *im Thiergarten bey dem alten Hain* copioſe; *am Rehberg* parcius. Floret Majo, Junio.

*Pharm.* Lunariæ Herba.

787. Osmunda, *Spicant*, frondibus lanceolatis pinnatifidis: laciniis confluentibus integerrimis parallelis. *Linn. Spec.* 1522. (*Struthiopteris. Hall.* 1687. *Weis. P. c.* 287.)

H. in ſylvaticis circa *Niederdreſſelndorff* & *Burbach* rarius. Floret Junio.

** *Fructificationes frondoſæ, in pagina inferiore.*

## ACROSTICHUM. G. P. 1173.

*Fructificationes* diſcum totum frondis tegentes. S. N. 685.

788. Acrostichum, *ſeptentrionale*, frondibus nudis linearibus laciniatis. *Linn. Spec.* 1524. (*Hall.* 1714. *Weis. P. c.* 301)

H. in fiſſuris rupium *am Homberg*; *im Beilſtein*, alibique. Floret Aprili.

## POLYPODIUM. G. P. 1179.

*Fructificationes* in punctis ſubrotundis, ſparſis per diſcum frondis. S. N. 691.

a. *Fronde pinnatifida lobis coadunatis.*

789. Polypodium, *vulgare*, frondibus pinnatifidis: pinnis oblongis ſubſerratis obtuſis, radice ſquamata. *Linn. Spec.* 1544. (*Hall.* 1696. *Weis. P. c.* 303.)

H. ad

H. ad radices Quercuum inque rupium fiſſuris, *am Homberg* & *Beilſtein* rarius; *im Hirſchberg* ad *Guntersdorf* alibique copioſe. Floret Aprili.

*Pharm.* POLYPODII Radix.

b. *Fronde pinnata.*

790. POLYPODIUM, *fontanum*, frondibus pinnatis laciniatis: foliolis ſubrotundis argute inciſis, ſtipite lævi. *Linn.* S. N. 693. *Spec.* 1550. *Hall.* 1706.

H. ad radices rupium *am Galgenberg* parcius. Floret Majo. ✠

c. *Fronde ſubbipinnata.*

791. POLYPODIUM, *criſtatum*, frondibus ſubbipinnatis: foliolis ovato-oblongis: pinnis obtuſiuſculis apice acute ſerratis. *Linn. Spec.* 1551. *Hall.* 1705. *Weiſ. P. c.* 317. *var. Fil. fem.*

H. in dumetis *auf dem Galgenberg.* Floret Majo.

792. POLYPODIUM, *Filix mas*, frondibus bipinnatis: pinnis obtuſis crenulatis, ſtipite paleaceo. *Linn. Spec.* 1551. *Hall.* 1701. *Weiſ. P. c.* 310.

H. in ſylvis, ad ſepes locis umbroſis paſſim. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* FILICIS Radix.

793. POLYPODIUM, *Filix femina*, fronde bipinnata: pinnulis lanceolatis pinnatifidis acutis. *Linn. Spec.* 1551. *Hall.* 1703. *Weiſ. P. c.* 313.

H. in ſylvaticis *am Homberg*, in nemoroſis ad *Erbach* frequens. Floret Julio.

794. POLYPODIUM, *aculeatum*, frondibus bipinnatis: pinnis lunulatis ciliato-dentatis, ſtipite ſtrigoſo. *Linn. Spec.* 1552. *Hall.* 1712. *Weiſ. P. c.* 322.

H. in nemoroſis ad *Breitſcheid*; *im Hirſchberg*, & alibi infrequens. Floret Julio.

795. POLYPODIUM, *fragile*, frondibus bipinnatis: foliolis remotis: pinnis ſubrotundis inciſis. *Linn. Spec.* 1553. *Hall.* 1707. *Weiſ.* 319. *α.*

H in muris pomoerii, in rupium fiſſuris *bey dem Kalckofen*; in nemoroſis circa *Erbach* copioſiſſime. Floret Julio.

796. POLYPODIUM, *regium*, frondibus bipinnatis: foliolis ſuboppoſitis: pinnis alternis laciniatis. *Linn.* S. N. 694. *Spec.* 1553. *Hall.* 1708. *Weiſ. P. c.* 321. *β. var. præc.*

P H. in

H. in rupibus ad arcem *Beilſtein* frequens. Floret Julio.

d. *Fronde ſupradecompoſita.*

797. POLYPODIUM, *Dryopteris*, frondibus ſupradecompoſitis: foliolis ternis bipinnatis. *Linn. Spec.* 1555. *Hall.* 1699. *Weiſ. P. c.* 324.

H. in fiſſuris rupium *bey dem Eulenhauſe*; *am Homberg*; *im Hirſchberg* copioſe. Floret Julio.

## ASPLENIUM. G. P. 1178.

*Fructificationes* in lineolis diſci frondis ſparſis. S. N. 689.

a. *Fronde pinnatifida.*

798. ASPLENIUM, *Ceterach*, frondibus pinnatifidis: lobis alternis confluentibus obtuſis. *Linn.* S. N. 689. *Spec.* 1538. *Hall.* 1694.

H. in fiſſuris rupium *bey der Krebsgrube im Kamp*; *im Thiergarten* frequens. Floret Junio, Julio.

*Pharm.* CETERACH Herba.

b. *Fronde pinnata.*

799. ASPLENIUM, *Trichomanes*, frondibus pinnatis: pinnis ſubrotundis crenatis. *Linn. Spec.* 1540 *Hall.* 1693. *Weiſ. P. c.* 296.

H. in rupium fiſſuris *hinter dem Schloß* copioſe. Floret Aprili.

*Pharm.* ADIANTI RUBRI ſ. TRICHOMANIS Herba.

800. ASPLENIUM, *Ruta muraria*, frondibus alternatim decompoſitis: foliolis cuneiformibus crenulatis. *Linn. Spec.* 1541. *Hall.* 1691. Weiſ. *M. M.* 298.

H. in muris antiquis paſſim. Floret Aprili.

*Pharm.* RUTÆ MURARIÆ Herba.

801. ASPLENIUM, *germanicum*. *Weiſ. P. c.* 299.

Aſplenium caule pinnato, pinnis imis trifoliatis, ſuperioribus ſimplicibus dentatis. *Hall.* 1690.

H in rupium fiſſuris *am Homberg*, *am geiſtlichen Berg*; *im Beilſtein*; & alibi parcius. Floret Majo.

*Diverſiſſimum a praecedente.* Frondes *multo anguſtiores*, *altiores*, *magisque erecta*, *ſimpliciter pinnata.* Stipes *ſubtrigonus*, *uno latere planiore*, *ad duas tertias partes nudus*, *inferne fuſco-purpureus*, *demum rufeſcens*, *inter folia flexuoſus.* Pinnæ 5 l. 7, *ſuboppoſita*, *anguſta*, *cuneiformi-oblonga*, *erecta*, *apice obtuſo*, *inciſo-crenato*, *diſco ſulcato*; *quarum infima dua ſubpetiolata*,

*lata, ſubtrifoliata, ſ. trilobata: lobo infimo ad petiolum uſque diviſo; reliqua pinna ſimpliciores, ſubbifida; terminali longiore ſubdentata.* Fruct. Lineolæ 2 ſ. 5, *longa, diſtincta, ſquama albida longitudinaliter rupta, cincta; demum non confluentes, Foliolique diſcum minime obtegentes, uti in R. muraria.* Capſulæ *pauciores, ſubfuſca, annulo craſſiore.*

802. ASPLENIUM, *Adiantum nigrum*, frondibus ſubtripinnatis: foliolis alternis: pinnis lanceolatis inciſo ſerratis. *Linn. Spec.* 1541. *Hall.* 1692.

H. in rupibus *am Homberg* parcius; *im Beilſtein* frequens. Floret Martio.

## PTERIS. G. P. 1174.

*Fructificationes* in lineis marginalibus. S. N. 687.

803. PTERIS, *aquilina*, frondibus ſupradecompoſitis: foliolis pinnatis: pinnis lanceolatis: infimis pinnatifidis; ſuperioribus minoribus. *Linn. Spec.* 1533. *Weiſ. P. c.* 289. *Filix. Hall.* 1688.

H. in ſylvis ad *Breitſcheid*; *Schönbach*; & *Niederdreſſelndorf*. Floret Julio. ♃.

# B. MUSCI.

* *Acalyptrati.*

## LYCOPODIUM. G. P. 1185.

*Anthera* bivalvis, ſeſſilis. *Calyptra* nulla. S. N. 697.

804. LYCOPODIUM, *clavatum*, foliis ſparſis filamentoſis, ſpicis teretibus pedunculatis geminis. *Linn. Spec.* 1564. *Hall.* 1722. *Weiſ. P. c.* 269. *Neck. Method Muſc.* 150.

H. in ſylvis *in der Hoerre* circa *Bicken*; *im Hirſchberg* copioſe. Floret Julio.

*Pharm.* MUSCI CLAVATI Herba; LYCOPODII Semen.

805. LYCOPODIUM, *annotinum*, foliis ſparſis quinquefariis ſubſerratis, ſurculis annotino-articulatis, ſpicis terminalibus glabris erectis. *Linn. Spec.* 1566. *Hall.* 1720. *Weiſ. P. c.* 272. *Neck. M. M.* 146.

H. in ſylvis montoſis ad *Haynchen* verſus *Siegen*. *Ebertz.* M. D. Floret Julio. ♃.

## SPHAGNUM. G. P. 1187.

*Anthera* operculata: ore lævi. *Calyptra* nulla. S. N. 698.

806. SPHAGNUM, *paluſtre*, ramis deflexis, *Linn. Spec.* 1569. *Hall.* 1724. *Weiſ. P. c.* 263. Hypn. *cubile. Neck. M. M.* 188.

β. Sphagnum paluſtre molle deflexum, ſquamis capillaceis. *Dillen.* H. M. 243. T. 32. f. 2.

H. α. & β. in paludoſis *unter dem Sinnerhof* copioſe. Floret Julio.

## PHASCUM. G. P. 1189.

*Anthera* operculata: ore ciliata. *Calyptra* minuta. S. N. 699.

807. PHASCUM, *acaulon*, acaule, anthera ſeſſili, foliis ovatis acutis. *Linn.* S. N. 699. *Spec.* 1570. *Weiſ. P. c.* 266. *Sphagnum. Hall.* 1726. Br. *bulbiforme. Neck. M. M.* 230.

β. Shagnum acaulon bulbiforme minus. *Dillen. H. M.* 252 T. 32. f. 12.

α, in areis hortorum paſſim; β. ad ſcrobes & vias cavas humidas *am Homberg.* Floret Martio, Aprili.

Surculi *in α, baſi ramoſi, in β, ſimplices.* Folia *nervo carinali non deſtituta: ſuperiora triplo majora, apice pilifera.* Anthera *ſubgloboſa, ſubpedunculata, rufa.* Calyptra *Antheram oblique ſemiveſtiens, roſtrata.* Operculum *roſtratum, rectum, in hoc & ſequente non deciduum. Cilias nondum vidi.*

808. PHASCUM, *ſubulatum*, acaule, anthera ſeſſili, foliis ſubulato-ſetaceis patulis. *Linn. Spec.* 1570. *Weiſ. P. c.* 268. *Sphagnum. Hall.* 1727. Bryum *ericetorum. Neck. M. M.* 231.

H. ad aggeres foſſarum, *am Homberg* alibique frequens. Floret Martio.

Surculi *cauleſcentes, ſimplices, ad duas tertias partes terra abſconditi.* Folia *inferiora ovato-acuminata, carinata, reflexa: ſuperiora longiſſima, lineari-ſubulata, plana, nervo deſtituta; juniora ſubſecunda.* Anthera *ovalis, pedunculata, flava.* Calyptræ & Operculi *roſtrum obliquum.*

### ** *Calyptrati diclini.*

## POLYTRICHUM. G. P. 1192.

*Anthera* operculata, apophyſi minimæ inſidens. *Calyptra* villoſa.

*Stella*

*Stella* feminea in diſtincto individuo. S.N. 700.

809. Polytrichum, *commune*, caule ſimplici, anthera parallelepipeda. *Linn. Spec.* 1573.

*α*. majus. *Weiſ. P. c.* 168. *Neck. M. M.* 124. Mnium. *Hall.* 1835.

*β*. minus. *Weiſ. P. c.* 171. Mn. *Hall.* 1835. *α. γ.*

*γ*. piloſum. *Weiſ. P. c.* 172. *Neck. M. M.* 123. Mnium. *Hall* 1836.

H. in ſylvis paſſim; *α*, in uliginoſis ſpongioſis *im Beilſtein*, & *Hirſchberg* copioſe; *β*. in paſcuis editioribus ſubudis, *am Homberg* & *geiſtlichen Berg*; *γ*. in montoſis ſiccis *auf dem Eulenhauſe* alibique. Floret Novembr. in ver uſque.

*Pharm.* *α*, Adianti aurei Herba.

Pol. *hoc* Calyptra *gaudet duplici*: *exteriore piloſa*, *interiore multo minore*, *membranacea*, *albida*, *lævi*, *exteriore obtecta*. *In* Var. *γ*. Folia *apice pilifera*, *certe margine non ſerrata*

810. Polytrichum, *urnigerum*, caule ramoſiſſimo, pedunculis axillaribus. *Linn. Spec.* 1573. *Neck. M. M.* 120. *Bryum. Hall.* 1801

H. in montoſis ſylvaticis Theriotrophei, alibique frequens. Floret autumno in ver uſque.

Surculi *juniores ſimplices*, *fere acaules*, *ſequentis ſimillimi*; Foliis *ſerratis viridibus ſtellatim expanſis*: Pedunculo *terminali*; *adultiores demum ex latere ramoſi*, 2- ſ. 3- *pollicares*, *ſubdichotomi*, *ramis faſtigiatis*, *apice incraſſatis*. Folia *inferiora bima patula*, *rufa*; *ſuperiora annotina arcta*, *viridia*. Pedunculi *axillares*, *lateralesque*, *rubri*, 2 - 3 - *pollicares*: Vagina *rufa*: Tuberculo *flaveſcente*, *acuto*, *non bulboſo*. Anthera *ovato-cylindracea*, *rufa*, *erecta*; *demum obliqua* ſ. *ſubcernua baſi*, *ventricoſa albida*: Operculo *fulvo*, *cuſpide albida*: Ore *annulato*, *membrana albida tecto*; Ciliis 32; Apophyſi *nulla*.

Surculi feminei *ſimplices*, 2- *pollicares*; Foliis *veſtiti confertis*, *patulis*, *ſuperioribus contractis*; *terminalibus confertioribus*, *majoribus*, *radiantibus*. Stella *in centro ſeſſilis*, *ſcyphiformis*, *ſimplex*, *uti in* Pol. *communi*; *at multo minor*, *non prolifera*.

*811. Polytrichum, *nanum*, capſula cylindrica erecta; ſurculis, breviſſimis, foliis ſerrulatis. *Weiſ. P. c.* 173.

*α*. Mnium, *polytrichoides*, calyptra villoſa. var. *β Linn. Spec.* 1577. *Hall.* 1837. Polytr. *mnioides*. *Neck.* M. M. 123. *Dillen.* *H. M.* 429. T. 55. f. 7.

*β*. Mn. *polytr.* var. *α*. *Linn. Spec.* 1576. *Hall.* 1838. Polytr. *nanum* folio non ſerrato. *Weiſ. P. c. β.* 175. *Neck.* M. M. 119. *Dillen.* H. M. 428. T. 55. f. 6.

H. α, ad terram in ericetis udis Theriotrophei, *am Graben nach dem alten Haus*; β, *in der Heerre*; *im Hirſchberg* frequens. Floret Februar. & ſequ.

*Ob* Surculos *demum ex latere proliferos*; Folia *ſerrata*; Antheras *demum albidas*, *membrana tectas*; Cilias 32; & Apophyſin *nullam*, *ſuſpicor hoc* Pol. *meram Varietatem juniorem eſſe præcedentis*. *In hujus* Individuis femineis *quorum* Folia *in ſtellam expanſa ſunt*, *nullum verum diſcum ſcobiferum reperire potui*; *In aliis vero ſurculis obverſe-conicis*, *vix tres vel quatuor lineas longis*, Foliis *adpreſſis*: Stellam *ſcyphiformem*, *repetito-proliferam*, *obſervo*.

## MNIUM. G. P. 1193.

*Anthera* operculata. *Calyptra* lævis

*Fem.* capitulum nudum, pulverulentum, remotum. S. N. 700.

812. Mnium, *pellucidum*, caule ſimplici, foliis ovatis. *Linn.* 1574. *Hall.* 1853. *Weiſ. P. c.* 161. *Neck. M. M.* 233.

H. in paſcuis uliginoſis *im Stübersgrund*; *am ſteinern Berg* frequens. Floret Martio.

Antheræ & Capitula *in diſtincto individuo ſimplici.* Calyptra *albida*, *longa*, *conica*, *apice fulvo*, *baſi* 5 - 6 - *fida*. Capitula *terminalia*, *ſcyphiformia*, *compoſita*: Foliolis 3 ſ. 5 *erectiuſculis*; *diſco convexo*: *ſcobe foliis per lentem ſimillima.*

813. Mnium, *fontanum*, caule ſimplici geniculis inflexo. *Linn. Spec.* 1574. *Weiſ. P. c.* 145. *Hall.* 1851. *Bryum. Neck. M. M.* 209.

H. in pratis udis ſcaturiginoſis, *im Fiſchwvgyber-* & *Güldners-grund*; in uliginoſis *unter dem Sinnerhof* copioſe. Floret Majo.

Folia *ſerrulata*, *patula*; *in junioribus individuis ſubſecunda*. *In hoc* & *Mn. paluſtri individua ſtellata* & *antherifera baſi ita arcte cohærent*, *ut ambo ex eodem caule enaſci*, *primo intuitu*, *videantur*; *Si cultello caute vero ſeparentur*, *ſemper diſtinctis ſurculis*, *femineis ſimplicioribus*, *reperiuntur*.

814. Mnium, *paluſtre*, caule dichotomo, foliis ſubulatis. *Linn. Spec.* 1574. *Hall.* 1855. *Weiſ. P. c.* 165. *Bryum. Neck. M. M.* 210.

H. in pratis uliginoſis cum præcedente. Floret æſtate.

815. Mnium, *androgynum*, caule ramoſo, androgynum. *Linn. Spec.* 1574. *Hall.* 1854. *Weiſ. P. c.* 163, *Mn. anguſtifolium. Neck. M. M.* 234.

β. Mnium *prolixum*. *Neck.* M. M. 235. *Hall.* 1856. *Dillen.* H. M. 235. T. 31. f. 4. H. locis

H. locis umbroſis uliginoſis paſſim; β. *im Stübersgrund.* Floret Aprili, Majo.

Antheræ & Capitula *in eodem individuo ramoſo.* Capitula *terminalia, pedunculata, ſubgloboſa, nuda: compoſita foliolis exiguis confertiſſimis, receptaculo ovato affixis, deciduis, caulinis foliis per lentem ſimillimis.* Antheras *ſerius profert.*

Var. β. Caule 2-3-*pollicari, ramoſiſſimo, ramis caule brevioribus, attenuatis, omnibus apice capituliferis, differt.* Capitula *caduciſſima.*

816. Mnium, *hygrometricum*, acaule, anthera nutante, calyptra reflexa tetragona. *Linn. Spec.* 1575. *Hall.* 1852. *Weiſ. P. c.* 147. *Bryum. Neck. M. M.* 221.

H. ad muros; in umbroſis ad ſepes paſſim. Floret Februario, Martio.

817. Mnium, *purpureum*, caule dichotomo: axillis peduncuIiferis, anthera erecta, foliis carinatis. *Linn. Spec.* 1575. *Bryum. Hall.* 1816. *Weiſ. P. c.* 198. *Neck. M. M.* 211.

β. Var. major: Surculis 2-pollicaribus dichotomo-ramoſis, operculo conico. *Hall.* 1818. *Dillen.* 387. T. 49. f. 52.

H. ad muros cœmeterii & urbis; ad terram *auf dem Hintersand*; β. in ſylvarum umbroſis *im Beilſtein*; *am Homberg* alibique copioſiſſime. Floret Februario, Martio.

818. Mnium, *ſetaceum*, antheris erectis, operculis filiformibus longitudine antherarum. *Linn. Spec.* 1575. *Hypnum. Hall.* 1788. *Weiſ. P. c.* 206. *Bryum. Neck. M. M.* 212.

H. ad muros cum præcedente, vulgatiſſimum. Floret Februario, Martio.

819. Mnium, *cirratum*, foliis arefactione revolutis. *Linn. Spec.* 1576. *Hypnum. Hall.* 1786. *Weiſ. P. c.* 207. *Bryum. Neck. M. M.* 213.

H. ad muros; in tectis vetuſtis ligneis *vor dem Homberg* rarius. Floret Martio, Aprili.

820. Mnium, *annotinum*, foliis ovatis acuminatis pellucidis, pedunculis ſubradicalibus, antheris nutantibus. *Linn. S. N.* 700. *Spec.* 1576. *Weiſ. P. c.* 151. *Bryum. Neck. M. M.* 222.

H. in locis udis ſylvarum; *am Homberg*; *im Beilſtein*: in ambulacris hortorum *in denen Sieghausgärten* frequens. Floret Junio.



Digitized by Google

Individua *juniora ſterilia bulbifera*: Bulbulis *purpureis ſubrotundis*, *pellucidis*, *ſolitariis*, *ſeſſilibus in foliorum alis*.

821. Mnium, *hornum*, antheris pendulis, pedunculo curvato, ſurculo ſimplici, foliolis margine ſcabris *Linn. Spec.* 1576. *Hall.* 1846. *Weiſ. P. c.* 149. *a. Bryum. Neck. M. M.* 215.

H. in nemoroſis, ad terram udam *im Hirſchberg* frequens. Floret Aprili, Majo.

822. Mnium, *capillare*, antheris pendulis, foliis ovatis ſetiferis carinatis, pedunculis longiſſimis. *Linn.* S. N. 700. *Bryum capillare. Spec.* 1586. *Hypnum. Hall.* 1791. *Weiſ. P. c.* 205. *Bryum. Neck. M. M.* 214.

H. ad muros cum Mn. *caſpititio*, *am Kirchhof*; *im Zwinger*; in uliginoſis *am Beilſtein* Pedunculis longioribus. Floret Aprili, Majo.

823. Mnium, *cæſpititium*, antheris pendulis, foliis lanceolatis acuminato-ſetaceis, pedunculis longiſſimis. *Linn. Spec.* ſub nom. *Br. cæſpitit.* 1586. *Br. Neck. M. M.* 228. *Hypnum. Hall.* 1790. *Weiſ. P. c.* 203.

H. ad muros pontis novi cœmeterii & urbis, alibique paſſim. Floret Martio, Aprili.

*Ob individua ſtellifera* Mniis *adſociandum*. Surculi feminei *diſtincti*, *ſimpliciſſimi*, 4- ſ. 5. *lineas longi*, *erecti*, *graciliores*: Foliis *veſtiti raris*, *minoribus*, *ceterum ſimillimis*. Stella *terminalis bulbiformis*, *rarius expanſa*; Foliis *latioribus*, *Capitulum pulverulentum*, *convexum*, *fuſcum*, *ſemiincludentibus*.

824. Mnium, *crudum*, antheris pendulis, calyptra recurvata, foliis pellucidis *Linn. Spec.* 1576. *Hall.* 1843? *Bryum. Neck. M. M.* 223.

H. ad terram umbroſam, in ſylvula *auf der Amdorf hinter dem Weitzberg*, *linker Hand nach dem Thiergarten zu*. Floret Aprili.

Individua antherifera *ſeſquipollicaria*, *ſimpliciſſima*: Foliis *ſuperioribus triplo longioribus*, *confertis*, *erecto-patulis*. Anthera *ovato-cylindracea*, *erecta*: *dein nutans*, *demum iterum erecta*. Calyptra *erecta*, *nutante Anthera recurva*. Operculum *hemiſphaericum*, *ore craſſius*, *umbilico protuberante brevi*. Individua ſtellifera *vix ſemipollicaria*; Foliis *ſuperioribus latioribus*, *majoribus*, *in ſtellam expanſis*: *diſco pulverulento ſubfuſco*.

825. Mnium, *ſerpillifolium*, pedunculis aggregatis, foliis patentibus pellucidis. *Linn. Spec.* 1577.

*a*, pun.

*α*, punctatum *Dillen.* H. M. 416. T. 53. f. 81. & forte 80. *Hall.* 1845. *Weiſ. P. c.* 153. Bryum. *Neck.* M. M. 216. & *β.* 217.

*β*, cuſpidatum. *Dillen.* H. M. 413. T. 53. f. 79. *Hall.* 1841. *Weiſ. P. c.* 155. Bryum. *polymorph. Neck.* M. M. 218.

*γ*, proliferum. *Dillen.* H. M. 411. T. 52. f. 77. *Hall.* 1839. Mn. *roſeum Weiſ. P. c.* 157. Bryum *roſeum. Neck.* M. M. 219.

*δ*, undulatum. *Dillen.* H. M. 410. T. 52. f. 76. *Hall.* 1844. *Weiſ. P. c.* 158. Bryum *dendroides. Neck. M. M.* 218.

H. *α.* in ſylvis ad *Erbach*; locis opacis ad radices rupium *am Geiſtlichenberg*; *β.* ſimilibus in locis Theriotrophei; *γ.* locis udis umbroſis *hinter dem Schloß in der Höhle*; *δ.* in pomariis ad ſepes *unter der neuen Brücke*; *bey dem Haynvvinkelgen* copioſe. Floret Martio, Aprili.

826. Mnium, *triquetrum*, foliis trifariis patulis ſubulato-lanceolatis carinatis. *Linn. Spec.* 1578. *Hall.* 1849. *Bryum. Neck. M. M.* 208.

*β*, Mnium *Hall.* 1847. *Dillen.* H. M. 405. T. 51. f. 73! & *Hall.* 1850. *Dill.* 412. T. 52. f. 78.

H. in paludoſis *am Mühlnberg*; *am Geiſtlichenberg*; *β. am Beilſtein* ad viam publicam alibique. Floret Majo.

827. Mnium, *trichomanis*, foliis diſtichis integerrimis. *Linn. Spec.* 1578. *Neck. M. M.* 236. *no.* 4. *Jungermannia. Hall.* 1858.

H. iisdem in locis cum ſequente; *im* Hirſchberg copioſiſſime. Floret Aprili.

*In hoc* Perichætia *frondulis abſcondita vidi*: *ergo* Jungermanniis *adſociandum.*

828. Mnium, *fiſſum*, foliis diſtichis bifidis. *Linn. Spec.* 1579. *Hall.* 1864. *Neck. M. M.* 236. *no.* 5.

H. ad radices & parietes rupium, in nemoroſis ad *Erbach.* Floret Majo.

Mnium *fiſſum* foliis bidentatis apice globuliferis *Neck.* M. M. 237. no. 6. *mera eſt varietas*: Foliis *viridioribus, magis approximatis, umbroſioribus locis proveniens. In utroque* Folia *duobus apicibus globulifera, haud raro obſervavi.*

### *** *Calyptrati monoclini.*

### BRYUM. G. P. 1194.

*Anthera* operculata. *Calyptra* lævis. *Filamentum* e tuberculo terminali ortum. S. N. 701.

a. *Antheris ſeſſilibus.*

829. Bryum, *apocarpum*, antheris ſeſſilibus terminalibus, calyptra minima. *Linn.* *Spec.* 1579. *Weiſ. P. c.* 179. *Neck. M. M.* 199. *Hypnum. Hall.* 1793.

β. Sphagnum nodoſum hirſutum incanum. *Dillen.* H. M. 246. T. 32. f. 5. Bryum. *Weiſ. P. c.* 180. Hypnum. *Hall.* 1792.

H. ad ſaxa & terram truncoſque arborum, *am Homberg* alibique frequens. Floret Februario, Martio.

830. Bryum, *ſtriatum*, antheris ſeſſilibus ſparſis, calyptris ſtriatis ſurſumve piloſis. *Linn.* S. N. 701. *Spec.* 1579.

α. majus. *Dillen. H. M.* 430. T. 55. f. 8. Polytrich. *bryoides* α. *Weiſ. P. c.* 175. Polytrich. *ſtriat. Neck.* M. M. α. 121. Bryum. *Hall.* 1799. β.

β. minus. *Dillen. H. M.* 431. T. 55. f. 9. *Weiſ. P. c.* 176. *Neck.* M. M. 122. β. *Hall.* 1799. α.

γ. medium. *Dillen.* H. M. 432. Tab. 55. f. 10. *Hall.* 1799. γ.

δ. capillaceum. *Dillen.* H. M. 433. T. 55. f. 11. *Weiſ. P. c.* 177. *Neck.* M. M. 122. γ. *Hall.* 1798.

H. α. ad truncos arborum paſſim; β, ad muros & ſaxa *am Homberg*; γ. in rupibus *am Galgen- und Geiſtlichenberg*; δ, in ſylvis ad truncos Fagorum Quercuumque. Floret Februario, Martio.

b. *Antheris pedunculatis erectis.*

831. Bryum, *pomiforme*, antheris erectis ſphæricis. *Linn. Spec.* 1580. *Hall.* 1803. *Weiſ. P. c.* 181. *Neck. M. M.* 208.

H. in rimis rupium earumque cavernulis *am Homberg*; *Galgenberg*; Var. β, *Hall.* l. c. *im Thiergarten.* Floret Martio, Aprili.

832. Bryum, *pyriforme*, antheris erectis obovatis, calyptra ſubulata, ſurculis acaulibus, foliis ovatis muticis. *Linn. Spec.* 1580. *Hall.* 1832. *Weiſ. P. c.* 183. *Neck. M. M.* 197.

H. in areis hortorum *in denen Sieghausgärten*; *in aggeribus*, & ad parietes rivulorum *im Fiſchvveyher- und Stübersgrund.* Floret Martio, Aprili.

833.

833. Bryum, *extinctorium*, anthera erecta oblonga minori, calyptris laxis æqualibus. *Linn. Spec.* 1581.

α. minus. *Dillen.* H. M. 349. T. 45. f. 8. *Hall.* 1829. *Weiſ. P. c.* 185. *Neck.* M. M. 207. *α.*

β. majus. *Dillen.* H. M. 350. T. 45. f. 9. *Hall.* 1828. *Weiſ. P. c.* 187. β. *Neck.* M. M. β. 207.

H. α. ad muros urbis & cœmeterii; in rimis rupium *am Homberg* alibique frequens; β. ad radices rupium *am Geiſtlichenberg*; var. maxima in muris pomœrii frequens. Floret Martio, Aprili.

Suſpicor Mnii *horni* Var. *integrifoliam*, Clar. *Weiſ. P. c.* 150. hujus Varietatem eſſe maximam: Surculis 2. 3. *pollicaribus*, *ramoſis*, *ſemper ſterilibus*.

834. Bryum, *ſubulatum*, antheris erectis ſubulatis, ſurculis acaulibus. *Linn. Spec.* 1581. *Hall.* 1827. *Weiſ. P. c.* 187. *Neck. M. M.* 194.

H. in cavis ſemitis *hinter dem Schloß*; in fiſſuris rupium *am Geiſtlichenberg*, alibique frequens. Floret Martio, Aprili.

835. Bryum, *rurale*, antheris erectiuſculis, foliis piliferis recurvis. *Linn. Spec.* 1581. *Neck. M. M.* 225. *Hypnum. Hall.* 1789. *Weiſ. P. c.* 210.

H. in ſylvis ad truncos arborum paſſim. Floret Februar. Martio.

836. Bryum, *murale*, antheris erectis, foliis piliferis rectiuſculis, ſurculis ſimplicibus cæſpitoſis. *Linn. Spec.* 1581. *Hall.* 1825. *Weiſ. P. c.* 189. *Neck. M. M.* 196.

β. minus, foliis non piliferis. *Hall.* 1826. *Weiſ. P. c.* β. 191. *Neck.* M. M. 197. *Dillen.* H. M. 356. T. 45. f. 15.

H. α. ad parietes hortorum; in muris, & rupium fiſſuris *hinter dem Schloß*, alibique; β ad terram glareoſam *vor dem Homberg*. Floret Martio, Aprili.

837. Bryum, *ſcoparium*, antheris erectiuſculis, pedunculis aggregatis, foliis ſecundis recurvatis, caule declinato. *Linn. Spec.* 1582. *Neck. M. M.* 223. *Hypnum. Hall.* 1777. *Weiſ. P. c.* 213.

H. in ſylvis, ad truncos arborum putridos paſſim. Floret Februario, Martio.

838.

838. Bryum, *undulatum*, antheris erectiuſculis, pedunculis ſubſolitariis, foliis lanceolatis carinatis undulatis patentibus ſerratis. *Linn. Spec.* 1582. *Hall.* 1823. *Weiſ. P. c.* 196. *Br. phyllitidifolium Neck. M. M.* 203.

H. in aggeribus humidis umbroſis *hinter dem Schloß in der Höhle*; *am* Homberg; in ſylvis paſſim. Floret Februar. Martio.

839. Bryum, *pellucidum*, antheris erectiuſculis, foliis recurvis acutis, caule hirſuto. *Linn. Spec.* 1583. *Hall.* 1824. *Neck. M. M.* 204.

H. in paludoſis ſylvaticis ad pagum *Erbach*. Floret Octobri.

840. Bryum, *heteromallum*, antheris erectis, foliis ſetaceis ſecundis. *Linn. Spec.* 1583. *Hall.* 1807. *Neck. M. M.* 229. *Hypnum. Weiſ. P. c.* 215.

H. ad terram in ericetis ad H*oerbach* & Hi*rſchberg*. Floret autumno in ver uſque.

841. Bryum, *tortuoſum*, antheris erectis, foliis ſetaceis imberbibus: arefactione retortis. *Linn.* S. N. 702. *Spec.* 1583. *Neck. M. M.* 227. *Hypnum. Hall.* 1787.

H. in rimis & cavernulis rupium, *im Thiergarten bey dem alten* H*aus* copioſe. Floret autumno in ver uſque.

842. Bryum, *truncatulum*, antheris erectis ſubrotundis: operculo mucronato. *Linn. Spec.* 1584. *Hall.* 1833. *Weiſ. P. c.* 191. *Neck. M. M.* 195.

H. ad terram argilloſam, locis humidis umbroſis, *am* Hom*berg* frequens. Floret Aprili.

843. Bryum, *viridulum*, antheris erectis ovatis, foliis lanceolatis acuminatis imbricato-patulis. *Linn. Spec.* 1584. *Hall.* 1809. *Weiſ. P. c.* 193. *Neck. M. M.* 206.

H. locis umbroſis argilloſis ad terram, *am* H*omberg* cum Phaſco *ſubulato* copioſe. Floret primo vere.

844. Bryum, *hypnoides*, antheris erectis, ſurculo erectiuſculo, ramis lateralibus brevibus fertilibus. *Linn. Spec.* 1584.

*α.* majus

α. majus. *Dillen.* H. M. 372. T. 47. f. 32. *Moriſon. Hiſt. Oxon.* III. *Sect.* XV. *Tab.* 5. *ſer.* 3. f. 7. *fig. optima. Neck.* M. M. 226. Hynum. *Hall.* 1780. Hypn. *caneſc.* α. *Weiſ. P. c.* 211.

β. minus. *Dillen.* H. M. 368. T. 47. f. 27. *Linn. Flor. ſuec.* II. 1003. var. β. *Weiſ. P. c.* 213. β.

γ. medium. *Dillen.* H. M. 371. T. 47. f. 31.

H. in ſylvis; α, inter ſaxa ad terram *am* H*omberg*; β, ad rupes in monte *Galgenberg*; γ. in rupibus & ad terram *am Geiſtlichenberg*; *Homberg*, alibique copioſe. Floret circa ver.

845. Bryum, *verticillatum*, antheris erectis, pedunculis arefactione confertis, foliis piliferis, ſurculis faſtigiatis. *Linn.* S. N. 702. *Spec.* 1585. *Hall.* 1811? (*potius* Br. *æſtivum.*)

H. in rupibus *im Beilſtein.* Floret Aprili. ♃

c. *Antheris nutantibus.*

846. Bryum, *argenteum*, antheris pendulis, ſurculis cylindricis imbricatis lævibus. *Linn. Spec.* 1586. *Hall.* 1821. *Weiſ. P. c.* 199. *Neck. M. M.* 201.

β. viride. *Dillen.* H. M. 394. T. 50. f. 63.

H. α. in tectis rupibus & muris; ad terram ſabuloſam *auf dem* H*interſand*; in ambulacris hortorum copioſe; β, ſimilibus in locis parcius. Floret hyeme.

847. Bryum, *pulvinatum*, antheris ſubrotundis, pedunculis reflexis, foliis piliferis. *Linn. Spec.* 1586. *Hall.* 1822. *Weiſ. P. c.* 201. *Neck. M. M.* 200.

H. in rupibus, ad muros antiquos paſſim. Floret primo vere.

848. Bryum, *carneum*, antheris pendulis ſubgloboſis, foliis acutis alternis. *Linn. Spec.* 1587. *Hall.* 1834. *Neck. M. M.* 202.

H. in paſcuis uliginoſis *in der Callenbach*; ad terram humidam, & in ambulacris hortorum umbroſis *am Homberg*; *am Sieghauſe*, alibique parcius. Floret Aprili.

849. Bryum, *ſimplex*, antheris nutantibus oblongis, foliis ſubulatis, ſurculo ſimpliciſſimo: medio

dio

dio pedunculifero. *Linn. Spec.* 1587. *Hall.* 1808. & 1813. *Neck. M. M.* 202.

H. ad parietes rivulorum in pratis depreſſis *hinter dem* Hom- *berg*. Floret hyeme.

## HYPNUM. G. P. 1195.

*Anthera* operculata. *Calyptra* lævis. *Filamentum* laterale, ortum e perichætio. S.N. 702.

a. *Frondibus pinnatis.*

850. Hypnum, *taxifolium*, fronde ſimpliciſſima pinnata lanceolata baſi pedunculifera. *Linn. Spec.* 1587. *Hall.* 1775. *Weiſ. P. c.* 216. *Neck. M. M.* 151.

H. in ſylvis, locis umbroſis ad terram, circa *Erbach* florens copioſe; in cavernulis rupium *am Galgenberg*, alibique ſterile. Floret Octobri.

851. Hypnum, *denticulatum*, fronde pinnata ſimplici: pinnis duplicatis, baſi pedunculifera. *Linn. Spec.* 1588. *Hall.* 1772. *Neck. M. M.* 154.

H. in ſylvis ad teram umbroſam humidam *hinter dem Homberg, im Thiergarten*, ad *Erbach* copioſe. Floret Aprili.

852. Hypnum, *bryoides*, fronde ſimpliciſſima pinnata lanceolata apice pedunculifera. *Linn. Spec.* 1588. *Hall.* 1776. *Weiſ. P. c.* 217. *Neck. M. M.* 152.

H. ad terram udam, locis ſylvarum umbroſis, *am Homberg, Galgen-* & *Geiſtlichenberg* frequens. Floret Februar. Martio.

853. Hypnum, *adiantoides*, fronde pinnata ramoſa erecta medio pedunculifera. *Linn. Spec.* 1588. *Hall.* 1774. *Neck. M. M.* 153.

H. in pratis paludoſis *hinter dem Homberg*, alibique frequens. Floret Februario, Martio.

In hoc, taxifolio, & bryoideo Hypno, Frondis Folia *latere ſuperiore in duas laminas conduplicatas longitudinaliter, non vero ad apicem uſque fiſſa. In hoc & taxifolio, Folia apice ſerrata, in bryoideo acuminata integerrima.*

854. Hypnum, *complanatum*, fronde pinnata ramoſa: foliolis imbricatis acutis complicatis compreſſis. *Linn. Spec.* 1588. *Hall.* 1771. & *var.* 1778. *Weiſ. P. c.* 218. *Neck. M. M.* 155.

H. in

H. in ſylvis, ad arborum truncos *im Thiergarten*; *am* Hom*berg*, alibique copioſiſſime. Floret Aprili.

b. *Surculis vagis.*

855. Hypnum, *rugoſum*, ſurculis vagis erectiuſculis: foliis ſecundis recurvatis baſi rugoſis. *Linn.* S. N. 703. *Mantiſſa* 131. *Hall.* 1735. Hypn. *lycopodioides*. *Neck.* *M. M.* 168. *a.*

H. locis ſylvaticis muſcoſis apricis *am Homberg*, *Geiſtlichenberg*; *im Thiergarten* frequens Floret rarius Aprili.

856. Hypnum, *undulatum*, ſurculis ramoſis, frondibus ſubpinnatis: foliolis undulatis complicatis. *Linn. Spec.* 1589. *Hall.* 1770. *Weiſ. P. c.* 220. *Neck. M. M.* 156.

H. locis ſaxoſis in ſylvis, circa *Heerbach*, *am ſteinern Berg*. Floret vix unquam.

857. Hypnum, *criſpum*, ſurculis ramoſis, frondibus ſubpinnatis: foliolis undulatis planis. *Linn. Spec.* 1589. *Hall.* 1769. *Weiſ. P. c.* 221. *Neck. M. M.* 153.

H. in rupe *am Galgenberg gegen Burgk* parcius ſterilis; in nemoroſis ad *Erbach* florens copioſe. Floret Octobri.

858. Hypnum, *triquetrum*, ramis vagis recurvis; foliolis ovatis recurvatis patulis. *Linn. Spec.* 1589. *Hall.* 1729. *Weiſ. P. c.* 222. *Neck. M. M.* 185.

H. in ſylvis & pratis ſterilibus vulgatiſſimum. Floret Aprili.

859. Hypnum, *rutabulum*, ramis vagis ſubrepentibus, foliolis ovatis mucronatis imbricatis. *Linn. Spec.* 1590. *Hall.* 1730. *Weiſ. P. c.* 224. *Neck. M. M.* 178.

β. Operculis cuſpidatis, *Dillen.* H. M. 297. T. 38. f. 30. *majus & minus.*

H. *α.* in pomariis ad arborum truncos ubique copioſe, *β. majus*, in ſylvaticis *am Homberg*; *minus*, *an der Stadtmauer bey dem Haynwinkelgen*. Floret Februario, Martio.

860. Hypnum, *ruſcifolium*, ſurculo repente, ramis imbricatis, ſetiferis, foliis carinatis, capitulo ſubrotundo, incurvo, acuminato. *Neck. M. M.* 181. *Hall.* 1731? *Weiſ. P. c.* 225. *Dillen. H. M.* 298. T. 38. f. 31.

H. locis

H. locis ſaxoſis aquoſis *unter der neuen Brücke*; *am Waſſergraben*, *auf der* Herrenvvieſe *gegen Burgk über*; alibique. Floret Martio.

Var. præcedentis?

c. *Surculis pennatis.*

861. HYPNUM, *filicinum*, ſurculis pennatis: ramulis diſtantibus, foliolis imbricatis incurvis acutis ſecundis. *Linn. Spec.* 1590. *Hall.* 1766. *Neck. M. M.* 164. Weiſ. *P. c.* 228. *α. ſpicatum.*

*β. ramoſo-pinnatum.* Weiſ. *P. c.* 229. *Hall.* 1767. *Dillen. H. M.* 286. T. 36. f. 22.

H. in paludoſis paſſim, *im Callenbachs-* & *Stübersgrund* ſecus rivulos; *β.* in pratis udis *auf der Weiſſgärbervvieſe.* Floret Majo, Junio.

862. HYPNUM, *proliferum*, ſurculis proliferis plano-pinnatis, pedunculis aggregatis. *Linn. Spec.* 1590. *Hall.* 1764? Weiſ. *P. c.* 230. H. *tamariſcifolium. Neck. M. M.* 158.

H. in ſylvis ad *Erbach*; in pratis humidis *auf der Herrenvvieſe* alibique. Floret Martio.

863. HYPNUM, *parietinum*, ſurculis plano-pinnatis continuatis, pedunculis aggregatis. *Linn. Spec.* 1590. *Hall.* 1765. Weiſ. *P. c.* 232. *Neck. M. M.* 157.

H. in ſylvis ad terram, ubique copioſiſſime. Floret Aprili.

864. HYPNUM, *compreſſum*, ſurculo erecto, ramoſo, ramis baſi ſetiferis, planis recurviuſculis, ſtipite triplo brevioribus. *Neck. M. M.* 159. *Hall.* 1742. *Dillen.* H. M. 312. T. 40. f. 47.

H. in ſylvarum locis humidis opacis, *am Homberg* frequens. Floret Aprili.

*Nec diſtinctiſſima ſpecies*; (*Neck. l. c.*) nec H. *cuſpidati varietas*; (*Weiſ. P. c.* 253.) *ſed potius Varietas eſt* Hypni *puri.*

865. HYPNUM, *prælongum*, ſurculis ſubpinnatis decumbentibus: ramulis remotis, foliolis ovatis, antheris cernuis. *Linn Spec.* 1591. *Hall.* 1758. Weiſ. *P. c.* 235. *Neck. M. M.* 174.

H. ad

H. ad terram & truncos arborum *hinter dem Schloß in der Höhle*; in pomariis udis *vor dem Homberg* copioſe florens. Floret Martio, Aprili.

866. HYPNUM, *criſta caſtrenſis*, ſurculis pinnatis: ramulis approximatis: apicibus recurvis. *Linn. Spec.* 1591. *Hall.* 1768. *Weiſ. P. c.* 233. *Neck. M. M.* 165.

H. ad terram ſterile in ſylvis paſſim; in nemoroſis ad *Erbach* fructificans, rupes operiens copioſiſſime. Floret autumno in ver uſque.

867. HYPNUM, *abietinum*, ſurculis pinnatis tereriuſculis remotis inæqualibus. *Linn. Spec.* 1591. *Hall.* 1762. *Weiſ. P. c.* 236. *Neck. M. M.* 163.

H. in ſylvis *am Geiſtlichenberg*; *im Thiergarten* frequens; ſemper fructificatione deſtitutum. Floret - -

868. HYPNUM, *plumoſum*, ſurculis pinnatis repentibus, ramis confertis, foliis imbricatis ſubulatis, antheris erectis. *Linn. Spec.* 1592. *Weiſ. P. c.* 237. *Neck. M. M.* 173. var. *β. ſericei.*

H. in ſylvis ad arborum truncos; in ſaxis *am Geiſtlichenberg.* Floret Aprili.

d. *Foliis reflexis.*

869. HYPNUM, *cupreſſiforme*, ſurculis ſubpinnatis, foliis ſecundis recurvis apice ſubulatis. *Linn. Spec.* 1592. *Hall.* 1737. *Weiſ. P. c.* 238. *Neck. M. M.* 166.

H. in ſylvis, ad arborum truncos paſſim. Floret Octobri in ver uſque.

870. HYPNUM, *aduncum*, ſurculis erectiuſculo-ſubramoſis, foliis ſecundis recurvis ſubulatis, ramis recurvatis. *Linn. S. N.* 704. *Spec.* 1592. *Hall.* 1736. *Weiſ. P. c.* 240. *Neck. M. M.* 167.

H. in paludoſis *unter dem Sinner Hof*, *am Mühlnberg.* Floret Junio, Julio.

871. HYPNUM, *viticuloſum*, ſurculis repentibus, ramis vagis teretibus, foliis patulis acuminatis. *Linn. Spec.* 1592. *Hall.* 1739. *Weiſ. P. c.* 241. *Neck. M. M.* 169.

H. in ſylvis, ad arborum truncos *am Geiſtlichen Berg*; *am Homberg*; alibique frequens. Floret Hyeme.



Digitized by Google

872. HYPNUM, *ſquarroſum*, ramis vagis, foliis lanceolatis complicato-carinatis quinquefariam recurvatis. *Linn. S. N.* 704. *Spec.* 1593.

*α.* majus. *Hall.* 1732? *Weiſ. P. c.* 242. *Neck. M. M.* 171.

*β.* minus. *Hall.* 1733. *Weiſ. P. c.* 243.

H. *α.* in ſylvarum locis udis paſſim; in pomariis *am Sieghaus; vor dem Homberg*; alibique fructificans; *β.* ſimilibus in locis *im Thiergarten.* Floret Octobri in ver uſque.

873. HYPNUM, *loreum*, ſurculis reptantibus, ramis vagis erectis, foliis ſecundis, antheris ſubrotundis. *Linn. Spec.* 1593. *Weiſ. P. c.* 244. *Neck. M. M.* 170.

H. in ſylvis ad terram *in der Hörre*; circa *Breitſcheid*; *im Hirſchberg* ad *Gundersdorf* copioſe. Floret Aprili.

e. *Surculis dendroidibus, ſ. faſciculatis.*

874. HYPNUM, *dendroides*, ſurculo erecto, ramis faſciculatis terminalibus ſimpliciuſculis, antheris erectis. *Linn. Spec.* 1593. *Hall.* 1747. *Weiſ. P. c.* 245. *Neck. M. M.* 187.

H. in pratis ſylvaticis udis *im Fiſchweyherbergrund*; in pomariis *vor dem Homberg.* Floret Octobri in ver uſque.

Caulis *palmaris, erectus, veſtitus ſquamis obtuſiuſculis, adpreſſis.* Frons *erecta, ramis ſubæqualibus, ſimpliciuſculis, teretibus, erecto-patulis, arbuſculam exacte referens.* Folia *ſubſerrata.* Pedunculi *numeroſi, fronde longiores.* Anthera *cylindracea, erecta, calyptra ad pedunculum uſque ſemitecta.* Operculo *conico, erecto.* Stylus *ex pedunculo elongato Antheram perforans, Pollenque colligens, ſupra anthera orificium prominens, operculo hinc ægre decidente, interne affixus, fere uti in* Buxbaumia. *Similem Stylum ſ. columnam in* Pol. *communi, & aliis quidem, non vero ſupra Antheram prominentem, operculoque cohærentem, vidi.*

875. HYPNUM, *alopecurum*, ſurculo erecto, ramis faſciculatis terminalibus ſubdiviſis, antheris ſubnutantibus. *Linn. Spec.* 1594. *Hall.* 1748. *Weiſ. P. c.* 246. *Neck. M. M.* 186.

H. in nemoroſis ad *Erbach, bey denen Steinkammern*, arborum truncos rupesque operiens copioſiſſime. Floret autumno.

Caulis

Caulis 4 l. 5 – *pollicaris*, *obliquus*, *ſquamis veſtitus acuminatis*, *patulis*, *albidis*. Frons *incurva*, *depreſſiuſcula* : *ramis ſubdepreſſis*, *inaequalibus*, *ſuperioribus ſubpinnatis*. Folia *ſerrata*. Pedunculi *fronde breviores*, *incurvi*. Antheræ *ovales*, *obliquæ* : Operculo *roſtrato*, *incurvo*.

f. *Surculis teretiuſculis*.

876. HYPNUM, *curtipendulum*, ſurculis vagis teretibus, foliis ovatis acutis patulis, antheris pendulis. *Linn. Spec.* 1594. *Hall.* 1740. *Weiſ. P. c.* 248. *Neck. M. M.* 177.

H. in ſylvis, ad arborum truncos *am Homberg*, alibique frequens. Floret Aprili.

877. HYPNUM, *purum*, ſurculis pinnato - ſparſis ſubulatis, foliis ovatis obtuſis conniventibus. *Linn. Spec.* 1594. *Hall.* 1743. *Weiſ. P. c.* 249. *Neck. M. M.* 160.

H. in ſylvis & pomariis paſſim. Floret Martio.

878. HYPNUM, *riparium*, ſurculis teretibus ramoſis, foliolis acutis patulis diſtantibus. *Linn. Spec.* 1595. *Hall.* 1746. *Weiſ. P. c.* 250. *Neck. M. M.* 184.

H. in rivulis *bey der Lohmühle vor dem obern Thor*, alibique rarius. Floret Septembri.

879. HYPNUM, *cuſpidatum*, ſurculis vagis : apice foliis convolutis acuminato. *Linn. S. N.* 704. *Spec.* 1595. *Hall.* 1741. *Weiſ. P. c.* 251. *var. α. pungens*, *nec β. Neck. M. M.* 163.

H. in pratis & pomariis udis *hinter dem Hamberg*, alibique vulgatiſſimum. Floret Majo, Junio.

g. *Surculis confertis*.

880. HYPNUM, *ſericeum*, ſurculo repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, antheris erectis. *Linn. Spec.* 1595. *Hall.* 1750. *Weiſ. P. c.* 254. *Neck. M. M.* 173. *α.*

β. Hypn. *ſtrigoſum*. *Neck.* M. M. 179. *Dillen.* 327. T. 42. f. 62.

γ. Hypn. *ramoſum*. *Neck.* M. M. 180. *Hall.* 1753. *Dillen.* 327. T. 42. f. 60.

H. ad truncos arborum & muros paſſim. Floret Martio, Aprili.

Folia *ſtriata, nervo carinali, ſuperiora ſubſerrata.*

881. Hypnum, *velutinum*, ſurculo repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, antheris ſubnutantibus. *Linn. Spec.* 1595. *Hall.* 1754. *Neck. M. M.* 172. *Weiſ. P. c.* 256.

H. ad arborum truncos ubique. Floret Februario, Martio.

Folia *ſerrata, nervo carinali nullo.*

882. Hypnum, *ſerpens*, ſurculis repentibus, ramis filiformibus, foliis obliteratis. *Linn. Spec.* 1596. *Hall.* 1756. & *var. min.* 1757. *Weiſ. P. c.* 257. *Neck. M. M.* 175.

H. ad terram udam & arborum radices, locis umbroſis paſſim. Floret Majo & ſequ.

883. Hypnum, *ſciuroides*, ſurculis erectis ramoſis incurvatis. *Linn. Spec.* 1596. *Hall.* 1749. *Weiſ. P. c.* 258. *Neck. M. M.* 175.

β. Hypn. *palatinum. Neck.* M. M. 182. *Dillen.* 320. T. 41. f. 55.

H. in ſylvis, pomariis, ad arborum truncos, alibique frequens; β in tecto ligneo domunculæ *am Homberg.* Floret Octobri in ver uſque.

884. Hypnum, *myoſuroides*, ſurculis ramoſiſſimis: ramis ſubulatis utrinque attenuatis teretibus. *Linn. Spec.* 1596. *Hall.* 1752. *Weiſ. P. c.* 259. *Neck. M. M.* 183. α.

β. *Dillen.* H. M. 316. f. 50. *Hall.* 1745. *Neck.* M. M. 183. β.

H. in ſylvis: α, *am Homberg*, & *Geiſtlichen Berg*; β. ad terram *im Beilſtein.* Floret Aprili, Majo.

Var. β, Antheris *erectis vix differt.*

## FONTINALIS. G. P. 1190.

*Anthera* operculata. *Calyptra* ſeſſilis, perichætio incluſa. S. N. 699.

885. Fontinalis, *antipyretica*, foliis complicato-carinatis trifariis acutis, antheris lateralibus. *Linn. Spec.* 1571. *Weiſ. P. c.* 261.

Hypn.

Hypn. *Hall.* 1794. Hypn. *antipyreticum.* *Neck.* M. M. 191.
H. in ſtagnis pratorum eorumque rivulis *auf der Ahr*; *im Waſſergraben auf der Herrenwieſe*; in paludoſis ſylvaticis *im Hirſchberg*. Floret Autumno in ver uſque.

886. Fontinalis, *minor*, foliis ovatis concavis trifariis acutis paſſim geminis, antheris terminalibus. *Linn.* *S. N.* 699. *Spec.* 1571.

Hypn. *Hall.* 1795. *Neck.* M. M. 192. var. *praeced.* β.

H. ſimilibus in locis *auf der Herren Wieſe*, intra aquam fluentem *am Wehr.* Hujus fructificationes nondum vidi.

## BUXBAUMIA. G. P. 1188.

*Anthera* operculata, hinc membranacea. *Calyptra* caduca; intra operculum ſacculus pollinis. S. N. 699.

887. Buxbaumia, *aphylla*. *Linn.* *Spec.* 1570. *Hall.* 1728.

*H.* unico in loco in ericetis muſcoſis circa pagum *Hirſchberg* rarius. Primum lecta a Filio *Henr. Paul.* Floret Februario, Martio.

# C. ALGAE.

### * *Terreſtres.*

## MARCHANTIA. G. P. 1198.

Masc. *Calyx* peltatus, ſubtus tectus Corollis 1-petalis. *Antheræ* multifidæ.

Fem. *Calyx* ſeſſilis, campanulatus, polyſpermus. S. N. 707.

888. Marchantia, *polymorpha*, calyce communi decemfido. *Linn.* *Spec.* 1603.

α. major, Mich. N. G. T. 1. f. 1. *Dillen.* H. M. 523. T. 76. f. 6. *Hall.* 1891. *Weiſ.* *P. c.* 132. *Neck.* M. M. 114.
β. minor, Mich. N. G. T. 1. f. 2. *Dillen.* H. M. 527. T. 77. f. 7. *Hall.* 1892. α.
γ. octopartita, Mich. N. G. T. 1. f. 5. *Weiſ.* *P. c.* 133. β.

H. α. in pratis udis ad rivos *im Pulversgrund*; β. ibidem cum α; γ. locis uliginoſis *unter dem Sinnerhof* alibique. Floret Majo.

*Pharm.* HEPATICÆ FONTANÆ ſ. LICHENIS STELLATI Herba.

889. MARCHANTIA, *hemiſphærica*, calyce communi quinquefido hemiſphærico, perichætio nullo. *Linn. Spec.* 1604. *Hall.* 1890. *Neck M. M.* 118.

H. ad terram locis umbroſis humidis, in cavernulis rupium *am Galgenberg*, alibique rarius. Floret Majo.

890. MARCHANTIA, *conica*, calyce communi quinqueloculari ſubovato. *Linn. Spec.* 1604. *Hall.* 1889. *Neck. M. M.* 115.

H. in nemoroſis ad radices rupium circa *Erbach* copioſiſſime; *im Beilſtein* rarius. *Filius.* Floret Majo.

## JUNGERMANNIA. G. P. 1196.

MASC. pedunculatus, nudus. *Anthera* 4-valvis

FEM. ſeſſilis, nudus, ſeminibus ſubrotundis. S. N. 705.

*a. Frondibus pinnatis ſecundis.*

891. JUNGERMANNIA, *aſplenioides*, frondibus ſimpliciter pinnatis: foliolis pinnatis ovatis ſubciliatis. *Linn. S. N.* 705. *Spec.* 1597. *Hall.* 1868. *Weiſ. P. c.* 110. *Neck. M. M.* 133.

β. Foliolis alternis minoribus. *Hall.* l. c. β. *Mich.* T. 5. f. 1. 2.

H. in nemoroſis udis ad *Erbach*; *im Hirſchberg*; *am Hemberg* alibique frequens. Floret Majo.

892. JUNGERMANNIA, *viticuloſa*, frondibus ſimpliciter pinnatis: foliolis planis nudis linearibus. *Linn.* S. N. 705. *Spec.* 1597. *Hall.* 1869. *Weiſ. P. c.* 112. *Neck. M. M.* 134.

H. in nemoroſis udis *im Hirſchberg* parcius. Floret Majo.

893. JUNGERMANNIA, *polyanthos*, frondibus ſimpliciter pinnatis: foliolis integerrimis imbricatis convexis. *Linn. Spec.* 1597. *Hall.* 1870. *Weiſ. P. c.* 113. *Neck. M. M.* 132.

H. locis umbroſis udis, in ſylvis circa *Hörbach am ſteinern Berg*; *im Hirſchberg* ad *Gundersdorf*. Floret Aprili.

894.

894. JUNGERMANNIA, *lanceolata*, frondibus ſimpliciter pinnatis lanceolatis apice floriferis, foliolis integerrimis. *Linn. Spec.* 1597. *Hall.* 1871. *Weiſ. P. c.* 114. *Neck. M. M.* 131.

H. ad terram udam in ſylvarum locis umbroſis, *im Hirſchberg bey Gundersdorf* parcius. Floret Aprili.

895. JUNGERMANNIA, *bidentata*, frondibus ſimpliciter pinnatis apice floriferis, foliolis bidentatis. *Linn. Spec.* 1598. *Hall.* 1877? *Weiſ. P. c.* α. major. 115. *Neck. M. M.* 130. *Dillen. H. M.* 487. T. 70. f. 11.

β. *bidentata* minor. *Hall.* 1865? *Weiſ. P. c.* 116. *Dill.* H. M. 488. T. 70. f. 12.

H. in terra umbroſa humida, in ſylvis ad *Erbach* alibique frequens. Floret Octobri.

896. JUNGERMANNIA, *bicuſpidata*, frondibus ſimpliciter pinnatis medio floriferis, foliolis bidentatis. *Linn. Spec.* 1598. *Hall.* 1878. *Weiſ. P. c.* 117. *Neck. M. M.* 129. *Dillen. H. M.* 488. T. 70. f. 13.

H. in ſylvis *im Hirſchberg* ad *Gundersdorf* & *Erbach.* Floret Aprili.

*Hujus* Folia *unico denſe globulifera*, *ſemel vidi. Figura Dilleniana cum noſtra melius quam Micheliana convenit.*

897. JUNGERMANNIA, *quinquedentata*, frondibus pinnatis ramoſis apice floriferis, foliolis quinquedentatis. *Linn. Spec.* 1598. J. *trilobata.* *Weiſ. P. c.* 118. *Neck. M. M.* 132.

H. ſylvarum locis umbroſis udis *am Homberg*; *im Thiergarten*; in ſcopulis & rupium rimis *am Galgenberg* & *Geiſtlichenberg*. Floret Aprili.

b. *Frondibus pinnatis: pinnulis auriculatis ſuperne tectis.*

898. JUNGERMANNIA, *nemoroſa*, frondibus ſupra bipinnatis apice floriferis, foliolis ciliatis. *Linn. Spec.* 1598. *Hall.* 1859. *Weiſ. P. c.* 121. *Neck. M. M.* 136.

H. in nemoroſis circa *Erbach*; *im Breitſcheider Wald*; Floret Aprili.

899. JUNGERMANNIA, *reſupinata*, frondibus ſupra bipinnatis inferne floriferis; foliolis crenulatis imbricatis rotundis. *Linn. Spec.* 1599. *Neck. M. M.* 136.

H. in ſcopulis & rupium fiſſuris *am Galgenberg.* Floret vix unquam.

900. JUNGERMANNIA, *albicans*, frondibus ſupra bipinnatis apice floriferis: foliolis linearibus recurvatis. *Linn. Spec.* 1599. *Weiſ. P. c.* 122. *Neck. M. M.* 135.

H. in nemoroſis ſubudis *im Hirſchberg* rarius. Floret Majo.

901. JUNGERMANNIA, *trilobata*, frondibus ſubtus bipinnatis, foliolis quadratis obſolete trilobis. *Linn. Spec.* 1599. *Hall.* 1866. *Neck. M. M.* 137.

H. in ſylvis ad radices rupium *im Hirſchberg* parcius. Floret Aprili.

902. JUNGERMANNIA, *reptans*, frondibus ſubtus bipinnatis apice reptantibus, foliolis quadridentatis. *Linn. Spec.* 1599. *Hall* 1879. *Weiſ. P. c.* 119. *Neck. M. M.* 138.

H. ad radices truncorum putridorum in ſylvarum umbroſis *im Hirſchberg*; circa *Hörbach* copioſe. Floret Aprili.

*c. Frondibus imbricatis.*

903. JUNGERMANNIA, *complanata*, furculis repentibus: foliolis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis æqualibus. *Linn. Spec.* 1599. *Hall.* 1860. *Weiſ. P. c.* 124. *Neck. M. M.* 142.

H. ad arborum truncos ubique copioſiſſime. Floret Martio, Aprili.

*In hac* Folia *ſæpe in pollen defluentia vidi.*

904. JUNGERMANNIA, *dilatata*, furculis repentibus, foliis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis apice latioribus. *Linn. Spec.* 1600. *Hall.* 1874. *Weiſ. P. c.* 126. *Neck. M. M.* 140.

H. in pomariis & ſylvis, ad truncos arborum paſſim. Floret Martio.

905. JUNGERMANNIA, *tamariſcifolia*, foliis imbricatis ſerie duplici: ſuperioribus ſubrotundis convexis obtuſis quadruplo majoribus. *Linn.*

*Spec.*

Digitized by Google

*Spec.* 1600. *Hall.* 1873. *Weiſ. P. c.* 128. *Neck. M. M.* 141.

H. in ſylvarum rupibus & truncis arborum; *am Homberg* alibique frequens. Floret Martio, Aprili.

906. JUNGERMANNIA, *platyphylla*, ſurculis procumbentibus ſubtus imbricatis, foliis cordatis acutis. *Linn. Spec.* 1600. *Hall.* 1872. *Weiſ. P. c.* 125. *Neck. M. M.* 142.

H. in ſylvis ad truncos arborum; in rupibus *am Homberg*; *Geiſtliebenberg*; *im Thiergarten* copioſe. Floret Aprili.

907. JUNGERMANNIA, *ciliaris*, ſurculis repentibus, foliolis duplicato-imbricatis: inferne auriculatis ciliatis. *Linn. Spec.* 1601?

H. in tecto ligneo ſemiputrido domunculæ *am Homberg*; alibi nondum obſervata. Floret Aprili.

Jungermannia *noſtra vel nova, vel a* Jungermannia *ciliari plurimis notis diverſiſſima. Caſpites format denſiſſimos, ambitu ſemipedales, pulvinatos, rubiginoſo-ferrugineos*, Hypno *cupreſſiformi primo intuitu ſimillimos.* Frondes *ſteriles vix pollicem tranſverſum longa, adſcendentes, ſubpinnata, apicibus ramorum incraſſatis, recurvis; ſupra convexa; ſubtus planiuſcula, dentibus ſeu ciliis foliorum reflexis, villoſa.* Frondes *florentes breviores, minus ramoſa, ſemiconſumpta, erectiuſcula, apice florifera, numeroſiſſimis perichatiis aggregatis occultata, demum deliqueſcentes.*

Foliola *ordine duplici imbricata; ſupra convexa, ſe invicem ſemitegentia, recurva; ſuperiora ſubquadrata, tri-ſ. quadripartita; inferiora lanceolata; utraque margine in numeroſiſſimas lacinulas ciliares diviſa; ob exiguitatem nondum obſervare potui, an ſint auriculata, nec ne.* Perichætia *magnitudine & figura* Jung *platyphylla, ventricoſa, lævia, non piloſa, ſubfuſca, apice conniventi quadridentato.* Pedunculi *tetragoni, pollicares, argentei.* Anthera *ſubgloboſa ſubfuſca: laciniis dehiſcentibus* 4 *obtuſis*: Polline *& villis ſubfuſcis.*

*Ad* Lichenaſtrum ſcorpioides pulchrum villoſum *Dillen.* H. M 481. T. 69. f. 3. *accedit; at multo minor teneriorque eſt omnibus ſuis partibus.*

d. *Surculis undique imbricatis: foliolis ſparſis.*

908. JUNGERMANNIA, *trichophylla*, ſurculis teretibus, foliolis capillaceis æqualibus. *Linn. Spec.* 1601. *Hall.* 1880. *Weiſ. P. c.* 130. *Neck M M.* 144.

H. ad terram humidam umbroſam, in ſylvis frequens. Floret Aprili.



Digitized by Google

Foliola *alterna uſque ad baſin fere tri - ſ. quadripartita, laciniis ſubulatis, incurvis, articulatis: articulis ſubgloboſis.* Perichætia *terminalia, longa, ſubteretia, apice quadrifido, ſetoſo.* Pedunculus *ſemipollicaris:* Anthera *nigra.*

e. *Acaules frondibus ſimplicibus.*

909. JUNGERMANNIA, *epiphylla*, acaulis, foliolo frondi innato. *Linn. Spec.* 1602. *Hall.* 1883. *Weiſ. P. c.* 106. *Neck. M. M.* 127.

H. ad parietes rivulorum in pratis udis ſylvaticis *hinter dem Homberg, im Stübersgrund; im Thiergarten* alibique. Floret Aprili.

910. JUNGERMANNIA, *pinguis*, acaulis, fronde oblonga ſinuata pingui. *Linn. Spec.* 1602. *Hall.* 1884. *Weiſ. P. c.* 107. *Neck. M. M.* 126.

H. ſimilibus in locis cum præcedente; in rivulis: Frondibus confertis ſterilibus copioſiſſime; ad terram udam umbroſam in pomariis *vor dem* Homberg fructificans. Floret Aprili.

911. JUNGERMANNIA, *multifida*, acaulis, fronde bipinnatifida. *Linn. Spec.* 1602. *Weiſ. P. c.* 109. *Neck. M. M.* 129.

H. in pratis udis ſylvaticis; ſecus rivulos ad latera perpendicularia *hinter dem* Homberg, *im Stübers- und Güldnersgrund* frequens. Floret Aprili.

912. JUNGERMANNIA, *furcata*, acaulis, fronde lineari-ramoſa: extremitatibus furcatis obtuſiuſculis. *Linn. Spec.* 1602. *Hall.* 1885. *Weiſ. P. c.* 108. *Neck. M. M.* 128.

H. in ſylvis ad truncos arborum paſſim. Floret Aprili.

Frondes *marginibus ciliatæ, ciliis reflexis.* Perichætia *&* Antheræ *piloſa. In frondibus ſterilibus & floriferis ex nervo medio ſubtus excreſunt globuli hemiſpharici* ſ. *reniformes ſubhirti, in pollen defluentes.*

913. JUNGERMANNIA, *puſilla*, acaulis fronde ſubpinnatifida: lobis imbricatis, perichætio plicato. *Linn. Spec.* 1602. *Hall.* 1887.

H. ad terram humidam, & in cortice arborum dejecto ſemiputrido in nemoroſis circa *Erbach bey denen Steinkammern.* Floret Aprili.

Frondes *digitato-partitæ, lobis linearibus ſimplicibus, ſeu furcatis, obtuſis, craſſiuſculis, planis, adſcendentibus, nullo nervo diſtinctis:* Perichætia *ſæpe gemina.*

ANTHO-

## ANTHOCEROS. G. P. 1201.

**Masc.** *Cal.* ſeſſilis, cylindricus, integer. *Anthera* ſubulata, longiſſima, 2-valvis.
**Fem.** *Cal.* 6-partitus. *Sem.* 3. S. N. 708.

914. Anthoceros, *punctatus*, frondibus indiviſis ſinuatis punctatis. *Linn. Spec.* 1606. *Neck. M. M.* 43.

H. in agris humidis *hinter dem Schloſs*; *in der Altzbach* frequens; lectus a Filio *H. P.* 1770. Floret Octobri.

915. Anthoceros, *lævis*, frondibus indiviſis ſinuatis lævibus. *Linn. Spec.* 1606. *Hall.* 1893. *Neck. M. M.* 44.

H. locis graminoſis ſecus rivulos *im Wieſengrund hinter dem Homberg*; lectus 1771. Floret Octobri

*Vereor ne ſit (noſter)* Varietas *præcedentis.* Frondes *more* Jung. *pinguis terræ incumbentes, gramine occultata, plana, ſinuato-lobata, lobis ſemipollicem longis; ſupra lævibus, nempe abſque excreſcentiis pulverulentis uti in præcedente, verrucis tamen frondi immerſis, ſæpe ternis, ſubgloboſis, atrocæruleis; transectis granuloſis, atris.* Antheræ *longitudine digiti minoris, numeroſiſſima.* Feminneos Flores *nec in hoc nec in præcedente huc-uſque reperire potui.*

## BLASIA. G. P. 1199.

**Masc.?** *Cal.* cylindricus granis repletus.
**Fem.?** *Cal.* nudus. Fructu ſubrotundo, foliis immerſo, polyſpermo. S. N. 707.

916. Blasia, *puſilla. Linn. Spec.* 1605. *Hall.* 1857.

H. ad parietes rivulorum perpendiculares, horizontali directione, *im Wieſengrund hinter dem* Homberg. Pulcherrima Plantula a me lecta 1770. & 1772, cum Floribus Novembri.

## RICCIA. G. P. 1200.

*Cal.* o. niſi cavitatem veſicularem intra folii ſubſtantiam. *Cor.* o. *Anthera* cylindrica, ſeſſilis, germini impoſita. *Piſt. Germen* turbinatum. *Stylus* filiformis, antheram perforans. *Pericarp.* ſphæricum, coronatum anthera emarcida *Semina* hemiſphærica, pedicellata. S. N. 708.



Digitized by Google

917. Riccia, *cryſtallina*, frondibus ſuperficie papilloſis. *Linn. Spec.* 1605. *Hall.* 1896. *Weiſ. P. c.* 328. *Neck. M. M.* 41.

H. ad terram humidam umbroſam, in ſylvis *am Geiſtlichenberg* rarius; in nemoroſis *bey denen Steinkammern* circa *Urbach* copioſe. Floret autumno in ver uſque.

918. Riccia, *minima*, frondibus glabris bipartitis acutis. *Linn. Spec.* 1605. *Neck. M. M.* 43.

H. in agris *hinter dem Schloß*; alibique frequens.

Frondulæ *exiguæ, planæ, bi- ſ.* 4- *partitæ, nullo ſulco ſupra exaratæ; demum per maturitatem ſuperficie longitudinaliter rupta, capſulæ atræ in lineam ordinatæ viſui patent, uti in ſequente, cujus varietas eſt junior?*

919. Riccia, *glauca*, frondibus glabris canaliculatis bilobis obtuſis. *Linn. Spec.* 1605. *Hall.* 1897. *Neck. M. M.* 42.

H. in ambulacris hortorum ſabuloſis umbroſis humidis paſſim. Floret Autumno.

## LICHEN. G. P. 1202.

Masc. *Receptaculum* ſubrotundum, planiuſculum, nitidum.

Fem. *Farina* foliis adſperſa. S. N 708.

920. Lichen, *ſcriptus*, leproſus albicans, lineolis nigris ramoſis characteriformibus. *Linn. Spec.* 1606. *Hall.* 2079. *Weiſ. P. c.* 37. *Neck. M. M.* 45.

H. in cortice lævi arborum, in ſylvis paſſim.

921. Lichen, *geographicus*, leproſus flaveſcens, lineolis nigris mappam referens. *Linn. Spec.* 1607. *Hall.* 2063. & ſeneſcens 2064? *Weiſ. P. c.* 38. *Neck. M. M.* 46.

H. in rupibus *am Homberg*, alibique vulgatiſſimus.

922. Lichen, *byſſoides*, leproſo-farinaceus, peltis ſtipitatis ſubgloboſis. *Linn.* S. N. 709. *Mantiſ.* 133.

H. ad terram glareoſam, locis umbroſis ad radices montis *Galgenberg* frequens. Floret Autumno.

Cruſta *cinereo-viridis, foliolis ſub lente conſtat ſinuato-laciniatis, obtuſis.* Capitula *ſubrotunda ſtipitata uti in L. ericetorum, at majora plerumque ex pluribus Tuberculis ſubfuſcis conſtructa, ſtipite longiore, craſſioreque.*

923.

923. LICHEN, *vernalis*, leproſus albidus, tuberculis ſubrotundis ferrugineis. *Linn.* S. N. Tom. III. p. 234. *Hall.* 2070. *Dillen. H. M.* 126. T. 18. f. 4.

H. in cortice arborum putreſcente, primo vere ubique frequens.

Cruſta *granuloſa cinerea* ſ. *albida*, *humore irrigata viridescens*; Tubercula *carnoſa*, *ſubgloboſa*, *ſeſſilia*, *carnea*; *demum convexa*, *ſubfuſca*.

924. LICHEN, *lacteus*, leproſus albus, tuberculis concoloribus hemiſphæricis. *Linn.* S. N. 709. *Mantiſſ.* 132. *Hall.* 2071 ?

H. in rupibus *am Homberg*; *am Stützelberg*; *bey dem Sauvviesgen*, alibique.

Cruſta *exacte lactei coloris*, *ſeneſcens fuſca*: *lineis concentricis marginalibus*; Tubercula *conferta demum in pollen defluentia*.

925. LICHEN, *rupicola*, leproſus albidus, tuberculis pallidis albo-marginatis. *Linn.* S. N. 709. *Mantiſſ.* 132. *Hall.* 2060 ?

H. in rupibus, in montoſis ſylvaticis *am Homberg*; *im Thiergarten* alibique.

926 LICHEN, *pertuſus*, leproſus: verrucis ſubteſſellatis lævigatis pertuſis poro uno alterove cylindrico. *Linn.* S. N. 709. *Mantiſſ.* 131. *Hall.* 2053.

H. in rupibus arborumque corticibus paſſim; *im Thiergarten* & *am Homberg* frequens.

927. LICHEN, *rugoſus*, leproſus albicans, lineolis ſimplicibus punctiſque nigris confertis. *Linn. Spec.* 1607. *Hall.* 2077. 2083. *Neck. M. M.* 46. *Weiſ. P. c.* 41.

H. in ſylvis, ad truncos arborum vulgatiſſimus.

928. LICHEN, *ſanguinarius*, leproſus cinereo-vireſcens, tuberculis atris. *Linn. Spec.* 1607. *Hall.* 2065. 2066. 2055. 2061. *Neck. M. M.* 48.

H. in rupibus truncisque arborum frequens.

929. LICHEN, *fuſcoater*, leproſus fuſcus, tuberculis atris. *Linn. Spec.* 1607. *Hall.* 2062 ? *Neck. M. M.* 49. *Weiſ. P. c.* 39 ?

H. ad ſcopulos, locis umbroſis *in dem hohlen Weg hinter dem Schloſs*; *am Stützelberg*, alibique.

930.

930. Lichen, *calcarius*, leproſus candidus, tuberculis atris. *Linn. Spec.* 1607.? *Hall.* 2058? *Neck. M. M.* 48. *Weiſ. P. c.* 40.

H. in rupibus calcariis *am Homberg*; *bey dem Kalkofen*; *am Rebberg*, alibique.

Cruſta *craſſa, inaequalis, laevis*, (*noſtri*) *ſulphurea, dein albida, rimoſa, teſſellata, decidua.* Tubercula *magnitudine Sem. Coriandri, cruſta immerſa, rufa, demum erumpentia atra.*

931. Lichen, *cinereus*, leproſus, tuberculis nigris albo-marginatis. *Linn.* S. N. 709. *Mantiſſ.* 132. *Hall.* 2059.

H. in rupibus marmoreis copioſe *am Homberg.*

932. Lichen, *fagineus*, leproſus albus, tuberculis albis farinaceis. *Linn. Spec.* 1608. *Hall.* 2086. *Weiſ. P. c.* 43. *Neck. M. M.* 50.

H. in cortice Fagi aliarumque arborum paſſim.

933. Lichen, *carpineus*, leproſus cinereus, tuberculis albidis rugoſis. *Linn. Spec* 1608. *Hall.* 2088. 2091? *Weiſ. P. c.* 42. *Neck. M. M.* 47.

H. in cortice arborum imprimis Carpini frequens.

934. Lichen, *ericetorum*, leproſus candidus, tuberculis incarnatis. *Linn. Spec.* 1608. *Hall.* 2042. Tuberculis *fuſcis* 2043. *Neck. M. M.* 49. *Weiſ. P. c.* 44.

H. inter muſcos ad terram; in rupium cavernulis *am Galgenberg nach der Ahr zu* frequens.

Cruſta *granuloſa, nec foliacea, candida, humore irrigata cinereo-virens.* Tubercula *convexa, Agarici Pileum referentia, carnea, dein fuſca, ſtipite brevi.*

b. *Leproſi ſcutellati.*

935. Lichen, *candelarius*, cruſtaceus flavus, ſcutellis luteis. *Linn. Spec.* 1608. *Hall.* 2023? *Weiſ. P. c.* 46?

H. ad corticem arborum in pomariis paſſim. Hyeme imprimis pluvia vigens.

Cruſta *ſulphurea ſeu pallide flava, tenerrima, ſubtus nivea; dum ſicca* Byſſo *candelari ſimillima; a qua facile diſtingui poteſt:* a, Cruſta *folioſa:* Frondulis *criſpis, per lentem lobatis: lobis ſinuato-laciniatis: laciniis erectiuſculis, obtuſis, villoſis.* b. Scutellis *planiſſimis, concoloribus: limbo plano farinaceo. In aliis Individuis* Frondulae *obſervantur minores, Scutellis deſtituta:*

Foliolis

Foliolis *imbricatis minus laciniatis, margine in pollen defluentibus.*

936. Lichen, *tartareus*, cruſtaceus ex albido - vireſcens, ſcutellis flaveſcentibus: margine albo. *Linn. Spec.* 1608. *Hall.* 2051.

H. iu rupibus paſſim.

937. Lichen, *palleſcens*, cruſtaceus albicans, ſcutellis pallidis. *Linn. Spec* 1608. *Hall.* 2024. *Weiſ. P. c.* 47. *Neck. M. M.* 54.

H. in truncis arborum; in parietibus ligneis *im Thiergarten* frequens,

938. Lichen, *ſubfuſcus*, cruſtaceus albicans, ſcutellis nigris: junioribus urceolatis cavis. *Linn.* S. N. 710. *Spec.* 1609. *Weiſ. P. c.* 48. *Neck. M. M.* 53.

α. Scutellis rufis albido-marginatis, *minor.* Hall. 2049.
β. - - - - - - *major.* Hall. 2043.
γ. - - - - - - nigris albido - marginatis. *Hall.* 2056.
δ. - - - - - - ſubfuſcis - - - - - - *Hall.* 2047.
ε. - - - - - - luteis - - - - - - - *Hall.* 2050.
2057. 2058. *Lich. ochroleucus Neck.* M. M. 52

H. α, β, δ, ε, in cortice arborum paſſim; γ, & ε, in rupibus.

939. Lichen, *Parellus*, cruſtaceus albus, peltis concavis obtuſis pallidis. *Linn.* S. N. 710. *Mantiſſ.* 132. *Hall.* 2048. *Neck. M. M.* 50.

H. in muris urbis, in rupibus *am Homberg* frequens.

c. *Imbricati.*

940. Lichen, *centrifugus*, imbricatus, foliolis obſolete multifidis lævibus albidis centrifugis, ſcutellis rufo-fuſcis. *Linn. S. N.* 710. *Spec.* 1609. *Hall.* 2015. *Neck. M. M.* 99. *Weiſ. P. c.* 54.

H. in rupibus paſſim; *am Geiſtlichenberg* copioſe.

941. Lichen, *ſaxatilis*, imbricatus, foliolis ſinuatis ſcabris lacunoſis, ſcutellis badiis. *Linn. S. N.* 710. *Spec.* 1609. *Hall.* 2011. *Neck. M. M.* 90. *Weiſ. P. c.* 55.

H. in rupibus & cortice arborum ubique frequens; cum ſcutellis ſæpiſſime occurrit *bey der obern Walkmühle.*

942.

942. LICHEN, *omphalodes*, imbricatus, foliolis multifidis glabris obtuſis incanis, punctis vagis eminentibus. *Linn. Spec.* 1609. *Neck. M. M.* 99.

H. in arborum cortice paſſim; in rupibus *am Homberg*, alibique frequens.

943. LICHEN, *olivaceus*, imbricatus foliolis lobatis nitidis lividis. *Linn. Spec.* 1610. *Hall.* 2014. *Neck. M. M.* 93. *Weiſ. P. c.* 58.

H. in truncis arborum, & ad latera rupium ubique.

944. LICHEN, *criſpus*, imbricatus, foliolis lobatis truncatis crenatis atro-viridibus, ſcutellis concoloribus. *Linn* S. N. 710. L. *murorum. Neck. M. M.* 85. *Dillen. H. M.* 139. T. 19. f. 23.

H. ad terram rupibus ſuperſtratam *am Geiſtlichenberg*; ad latera rupium *bey dem Thiergarten* copioſe.

945. LICHEN, *nigreſcens*, gelatinoſus membranaceus, exaſperatus, convolutus, atroviridis, ſcutellis rubris. *Hall.* 2037. *Dillen. H. M.* 138. T. 19. f. 20.

H. in rupibus *am Geiſtlichenberg*; *am Thiergarten*; alibique.

946. LICHEN, *criſtatus*, imbricatus dentato-ciliatus, ſcutellis folio majoribus. *Linn. S. N.* 710. *Spec.* 1610. *Hall.* 2039. *Neck. M. M.* 86. *var.* α. *Dillen. H. M.* 140. T. 19. f. 26. & *var.* β. *Dillen.* 140. T. 19. f. 25.

H. in rupibus *am Geiſtlichenberg*; β. *am Thiergarten*; *am Galgenberg*.

947. LICHEN, *tremelloides*, frondibus erectis planis margine criſpo lacinulato. Tremella *Lichenoides. Linn. Spec.* 1625. *Hall.* 2032. *Dillen. H. M.* 145. 146. Tab. 19. f. 31. 32. 33. 34. & 35. *Weiſ. P. c.* 52. *Neck. M. M.* 87.

H. ad terram, aliis muſcis plerumque intertextus, in ſylvarum umbroſis paſſim.

Scutellæ *in minoribus varietatibus frequentiores*; *in majori ſeu* Tremella *Lichenoide* Linn. *Dill.* f. 31. *rariores. Hujus unicum ſpecimen ſcutelliferum legi in ſylvaticis ad pagum Burgk*, *Octobri*: Fronde *margine minus ciliata*, *Scutellis numeroſiſſimis totum Frondis diſcum fere obtegentibus*, *ſubpedunculatis*, *diſco carneo*, *concavo, limbo albido tumido*.

948.

Digitized by Google

948. Lichen, *pulcher*, gelatinoſus viridis, exaſperatus, undique concolor. *Hall.* 2036. *Dillen. H. M.* 138. T. 19. f. 22.

H. in rupibus & ad terram, in nemoroſis circa *Erbach, bey denen Steinkammern* copioſe. Octobri. Martio cum ſcutellis.

Frondes *imbricatæ, carnoſæ, gelatinoſæ, craſſæ, obtuſæ, ſubſinuatæ, pulcherrime e viridi cæruleſcentes, ſubpellucidæ; ſteriles tuberculis immerſis concoloribus fere obtectæ; ſcutelliferæ planiores, tenuioreſque, Scutellis numeroſis, magnis, carnoſis: Diſco rufeſcente, limbo tumido, crenulato, concolore.*

949. Lichen, foliis pulpoſis, calcariis, glauco polline villoſis, ſcutellis atris. *Hall.* 2028. *Mich. N. G.* Ord. XXXVI. T. 54. f. 2. *accedit, absque ſcyphis.*

H. in rupibus inter Br. *apocarpum*, *am Geiſtlichen Berg* frequens Octobri.

Frondes *calcareæ, craſſæ, duræ, irrigatione vix emolliendæ, albidæ,* Scutellæ *atræ, frondi immerſæ.* Scyphi *graciles quatuor lineas longi, pedunculati, ex ipſa frondis ſubſtantia, inter ſcutellas prodeunt.*

950. Lichen, foliis pulpoſis, calcariis, fuſcis, imbricatis, ſcutellis nigris. *Hall.* 2031. T. 47. f. 3. *Dillen. H. M.* 228. T. 30. f. 134. *Mich. N. G.* Ord. XXXVI. Tab. 54. f. 4?

H. in rupibus *am Geiſtlichen Berg*, inter Brya. Octobri.

Foliola *exigua imbricata, fuſca, humore irrigata virentia.* Scutellæ *immerſæ, numeroſæ, poro tantum in ſuperficie conſpicuæ.*

951. Lichen, *orbicularis*, fronde ſemipinnata, rotunde lobata, cinerea, ſcutellis nigris. *Hall.* 2016. *Neck.* 88. *Dillen. H. M.* 177. T. 24. f. 71. & var. 72.

H. in cortice arborum imprimis Carpini in hortis paſſim.

952. Lichen, *parietinus*, imbricatus foliis criſpis fulvis, peltis concoloribus fulvis. *Linn. Spec.* 1610. *Hall.* 2021. *L. fulvus. Neck. M. M.* 51.

H. ad muros antiquos urbis & cœmeterii; in tectis ſchiſteis paſſim.

*Differt a* L. *candelario, & juniperino*: Frondibus *centrifugis, fulvis, durioribus, linearibus, calcareis, convexis, lobatis: lobis obtuſiſſimis, incraſſatis;* Scutellis *minoribus vix marginatis, fulvis. Hic ſemper rupeſtris; illi arborei ſunt.*

953. LICHEN, *phyſodes*, imbricatus: laciniis obtuſis ſubinflatis. *Linn. Spec.* 1610. *Hall.* 2018. *Neck. M. M.* 91. *Weiſ. P. c.* 57. male pro varietate Lich. ſaxatilis.

H. in cortice arborum, in tectis ligneis *vor dem* Homberg copioſiſſime; cum ſcutellis pedunculatis confertis *im Thiergarten* frequens.

954. LICHEN, *ſtellaris*, imbricatus: foliolis oblongis laciniatis anguſtis cinereis, ſcutellis pullis. *Linn. Spec.* 1611. *Hall.* 2017. *Neck. M. M.* 89. *Weiſ. P. c.* 60.

H. in ramis arborum ubique.

955. LICHEN, fronde rotunde lobata, glauca, polline concolore ſcabra, ſubtus hirta & atra. *Hall.* 2008. *Mich. N. G.* T 45. f. 1.

H. in cortice arborum, *an denen Linden - Bäumen*, *auf dem Schieſsplatz* copioſe; in rupibus *am* Homberg frequens.

Frondes *glauco - cinerea, non lacunoſa, dum ſicca albida, eleganter lobata, lobis rotundis, ſinuato - crenatis; ſupra ad oram laves, verſus centrum furfure cinereo, demum ſordide fuſco tota obtecta; ſubtus radiculis ſimplicibus confertiſſimis atris hirta.* Scutellas *nondum vidi.* Pollen *furfuraceum, quo hoc & pleriqne* Lichenes *imbricati obtecti ſunt, ſi lentis ope inſpicitur, corpuſculis conſtat ſtipitatis ſimplicibus, confertis, in hoc &* centrifugo *ramoſis, arbuſculam referentibus Corpuſcula hac ovata, ſubrotunda, vel clavaformi figura variantia, apice poro hiant, pollen impalpabile efflant, quo forte Lichenes propagantur.* *In* Lichenibus *cruſtaceis ſeu leproſis, ſimilia corpuſcula plerumque clavaformia, rarius ramoſa, apice pollen exhalantia, intermixtis aliis organis pelviformibus ſeſſilibus, furfuracea ſcobe repletis, lentis ope obſervantur.*

956. LICHEN, viridis concolor, ſcutellis planis ſerratis. *Hall.* 2006. *an L. Acetabulum Neck. M. M.* 94?

H. in arborum cortice, *in der Altzbach*; *vor dem* Homberg; alibique rarius.

Frondes *imbricata virides, rugoſa uti in* L. *caperato.* Scutellæ *numeroſa, ſubpedunculata, magna: diſco concavo badio, limbo crenulato cinereo, uti in* L. *ſaxatili.*

957 LICHEN, *ciliaris*, foliaceus erectiuſculus: laciniis linearibus ciliatis, ſcutellis pedunculatis crenatis.

naris. *Linn. Spec.* 1611. *Hall.* 1980. *Neck. M. M.* 101. *Weiſ. P. c.* 62.

H. in cortice arborum paſſim, *am Geiſtlichen* & *Homberg*; in ſylvis frequens.

958. Lichen, *hiſpidus*, fronde ſemipinnata canaliculata cinerea *Hall.* 2019. *Dillen. H. M.* 152. T. 20. f. 46.

H in cortice arborum, imprimis ramulorum, in pomariis ubique vulgatiſſimus.

Certe non eſt Var. præcedentis, plurimis notis diverſiſſimus.

959. Lichen, *pulmonarius*, foliaceus laciniatus obtuſus glaber: ſupra lacunoſus; ſubtus tomentoſus. *Linn. Spec.* 1612. *Hall.* 1986. *Neck. M. M.* 108. *Weiſ. P. c.* 64.

H. in ſylvis ad truncos arborum paſſim.

*Pharm.* Pulmonariæ arboreæ Herba.

960. Lichen, fronde obtuſe lobata, inferne ſcabra, maculis rotundis varia. *Hall.* 1989. *Dillen. H. M.* 216. T. 29. f. 114. *Mich. N. G.* Tab. 49. *optime.* Ord. XXI. pag. 90.

H. in ſylvis ad radices rupium *im Thiergarten*, alibique frequens.

Frondium *lobis obtuſiſſimis, rotundatis, ſinuato-lacinulatis; ſupra glaucis, ſubtus luteſcentibus, denſius villoſis*; Scutellis *carneis, ſubmarginatis, in frondis diſco, non margine, ſeſſilibus*; *a præcedente, ſatis hic* Lichen *ſe diſtinguit.* Ceterum *Frondes lacunoſæ, minus tamen tuberculis reticulatæ ſunt, & dum ſiccæ non coriaceæ tenaces, ſed duriores, fragiliores, totaque alba evadunt.* Scutellæ *a* Michelio *accurate depictæ, viſu rariores; in unico ſpecimine tantum paucas vidi.*

961. Lichen, *furfuraceus*, foliaceus decumbens furfuraceus: laciniis acutis; ſubtus lacunoſis atris. *Linn. Spec.* 1612. *Hall.* 1976. *Neck. M. M.* 107. *Weiſ. P. c.* 65.

H. ad arborum truncos & parietes Theriotrophei, ad aſſeres in hortis *vor dem obern Thor.*

962. Lichen, *farinaceus*, foliaceus erectus compreſſus ramoſus: verrucis marginalibus farinoſis. *Linn. Spec.* 1613. *Hall.* 1981. *Neck. M. M.* 104. *Weiſ. P. c.* 66.

Var. β. Dillen. H. M. T. 21. f. 57.

H. ad arborum truncos in ſylvis abunde, β. in rupibus *am Geiſtlichen Berg*.

963. Lichen, *calycaris*, foliaceus erectus linearis ramoſus lacunoſus convexus mucronatus. *Linn. Spec.* 1613 *Hall.* 1983. *Neck. M. M.* 106. *Weiſ. P. c.* 67.

H. ad arborum truncos, in pomariis ſylviſque frequens.

964. Lichen, *fraxineus*, foliaceus rectus oblongus lanceolatus ſublaciniatus lacunoſus glaber, ſcutellis ſubpedunculatis. *Linn. Spec.* 1614. *Hall.* 1985. *Neck. M. M.* 105. *Weiſ. P. c.* 72.

H. ad arborum truncos in ſylvis pomariiſque frequens.

965. Lichen, *prunaſtri*, foliaceus erectiuſculus lacunoſus: ſubtus tomentoſus albus. *Linn. Spec.* 1614. *Hall.* 1984. *Neck. M. M.* 103. *Weiſ. P. c.* 73.

H. in cortice Pruni, aliarumque arborum, in pomariis ſylviſque copioſiſſime.

966. Lichen, *juniperinus*, foliaceus laciniatus criſpus fulvus, peltis lividis. *Linn. Spec.* 1614. *Neck. M. M.* 96.

H. in arborum cortice paſſim.

967. Lichen, *caperatus*, pallide viridis rugoſus margine undulatus. *Linn. Spec.* 1614. *Hall.* 2005. *Neck. M. M.* 95. *Weiſ. P. c.* 74.

H. in arboribus & ad ſaxa paſſim. Scutellæ rariſſimæ.

968. Lichen, *glaucus*, foliaceus depreſſus lobatus glaber: margine criſpo farinaceo. *Linn. Spec.* 1615. *Hall.* 2007. *Neck. M. M.* 100. *Weiſ. P. c.* 75.

H. in arboribus *im Thiergarten*, alibique; in tectis ligneis *am Homberg* rarius.

e. *Coriacei.*

969. Lichen, *reſupinatus*, coriaceus repens lobatus, peltis marginalibus poſticis. *Linn. Spec.* 1615. *Neck. M. M.* 81.

H. in ſylvis, inter lapidum acervos *am Homberg*, alibique frequens.

Individua *ſterilia frequentiora*: Frondes *rigidiores, craſſiores, margine adſcendente flexuoſo tuberculato*, *in pollen defluente*: Tuber-

Tuberculis *aliis diſco immerſis concoloribus*. Individua ſcutellifera *rariora:* Frondes *tenuiores*, *latiores*, *utrinque laeves*. Peltae *in ſingulo frondis lobo ſaepius quinque*; *tres majores & duo laterales minores*, *orbiculata*, *ſubmarginata*, *rufa*, *poſtica parti laciniarum adſcendentium adnata*.

970. LICHEN, *venoſus*, coriaceus repens ovatus planus: ſubtus venoſus villoſus, peltis marginalibus horizontalibus. *Linn. Spec.* 1615. *Hall.* 1993. *Neck. M. M.* 82. *Weiſ. P. c.* 82.

H. ad terram *im hohlen Weg*, & *in der Höhle hinter dem Schloß*; in ſylvis *im Thiergarten* alibique frequens.

971. LICHEN, *aphtoſus*, coriaceus repens lobatus obtuſus planus, verrucis ſparſis, pelta marginali adſcendente. *Linn. Spec.* 1616. *Hall.* 1992. *Neck. M. M.* 80. *Weiſ. P. c.* 80.

H. ad terram, in ſylvis paſſim; *am Homberg* frequens.

972. LICHEN, *caninus*, coriaceus repens lobatus obtuſus planus: ſubtus venoſus villoſus, pelta marginali adſcendente. *Linn. Spec.* 1616. *Hall.* 1988. *Neck. M. M.* 79. *Weiſ. P. c.* 78.

H. in ſylvis ad terram, *am Homberg*; *im Thiergarten*; alibique.

973. LICHEN, *horizontalis*, coriaceus repens planus ſubtus avenius, peltis marginalibus horizontalibus. *Linn. S. N.* 712. *Mantiſſ.* 132. *Hall.* 1991. *Neck. M. M.* 78.

H. ad terram & radices rupium *am Geiſtlichen Berg* copioſe.

974. LICHEN, *ruſeſcens*, fronde lobata obtuſa avenia, margine ſinuata, ſubtus villoſa: peltis ſubrotundis. *Neck. M. M.* 79. *Hall.* 1990.

H. ad terram in ſylvis *am Beilſtein*; *im Thiergarten*; alibique frequens.

Peltae *poſtica parte verrucoſa*, *verrucis viridibus*. Frondes *juveniles ſupra verrucoſa*, *hinc L. aphtoſo nimis adſinis*.

975. LICHEN, *polydactylon*, fronde oblonga, ſubtus venoſo-villoſa: marginibus ſubrevolutis adſcendentibus. *Neck. M. M.* 85.

H. ad terram, ſimilibus locis ſylvaticis montoſis, *am Homberg*.

Var. *praecedentis*. Lichenes *hi tres inter ſe plurimis notis convenientes*, *ob diſcum* Frondis *inferiorem ſemper plus minuſve venoſum*, *ſaepe villoſum*, LICH. *canino*, *aphtoſoque ita adfines*, *ut pro meris varietatibus haberi poſſint*.

976. Lichen, *perlatus*, coriaceus repens lobatus glaber ſubtus ater, ſcutellis pedunculatis integris. *Linn.* S. N. 712. *Neck. M. M.* 97. *Dillen. H. M* 147. T. 20. f. 39.

H. in cortice arborum in pomario *bey der oberen Walckmühle*; in ſaxis *am Geiſtlichen Berg*; rarius.

*A L. glauco & ſaxatili caute diſtinguendus.*

977. Lichen, *ſylvaticus*, coriaceus repens laciniatus lacunoſus, peltis marginalibus adſcendentibus. *Linn* S. N. 712 *Hall.* 1987. *L. polyſchides. Neck* 84. *Mich. N. G.* 84. T. 43. *Dillen. H. M.* 199. T. 27. f. 101.

H. in ſylvis, locis umbroſis ad radices & latera rupium in ſylvula *auf der Steinſeite*; *im Thiergarten* copioſe

*Odor in ſicco* Lichene *nullus*, *humore irrigato*, *urinoſus*, *nauſeoſus*, *mihi ingratiſſimus*. Peltas *in unico individuo tantum vidi*, *terminales*, *exiguas*. *L. canino quadruplo minores*, *rufas*.

978. Lichen, *ſaccatus*, foliaceus repens ſubrotundus: peltis depreſſis ſubtus ſaccatis. *Linn Spec.* 1616. *Hall.* 1995. *Neck. M. M.* 83.

H. ad terram in rupium rimis *hinter dem Weitzberg*, *lincker Hand nach dem Thiergarten zu* copioſiſſime.

f. *Umbilicatus*, *ſqualens quaſi fuligine.*

979. Lichen, *puſtulatus*, umbilicatus ſubtus lacunoſus, furfure nigro adſperſus. *Linn. Spec.* 1617. *Hall.* 1996. *Neck. M. M.* 75.

H. in rupibus *am Galgen-Berg gegen Burgk* rarius.

g. *Scyphiferi.*

980. Lichen, *cocciferus*, ſcyphifer ſimplex integerrimus, ſtipite cylindrico, tuberculis coccineis. *Linn. Spec.* 1618. *Hall.* 1918. 1927. 1928. *Neck. M. M.* 57. *Weiſ. P. c.* 90. v. f.

H. in ericetis & rupibus *am Homberg*, alibique.

*Pharm.* Musci pyxidati Herba.

981. Lichen, *cornucopioides*, ſcyphifer ſimplex folio brevior, tuberculis coccineis. *Linn. Spec.* 1619. *Hall.* 1929. *Neck. M. M.* 58. β.

H. in ericetis *am Homberg*, in ſylvaticis montoſis *am Geiſtlichen-* & *Galgen-Berg* frequens.

982.

982. Lichen, *pyxidatus*, ſcyphifer ſimplex crenulatus, tuberculis fuſcis. *Linn. Spec.* 1619. *Hall.* 1912. 1923. *Neck. M. M.* 55. *Weiſ. P. c.* 84. α. & 85. β.

H. in ſylvaticis montoſis ſterilibus paſſim.

983. Lichen, *fimbriatus*, ſcyphifer ſimplex denticulatus, ſtipite cylindrico. *Linn. Spec.* 1619. *Hall.* 1915. 1916. *Neck. M. M.* 55. β. *Weiſ. P. c.* 88. e

H. in ſylvaticis ſterilibus *am Galgen - Berg*; *am Homberg* frequens.

984. Lichen, *gracilis*, ſcyphifer ramoſus denticulatus filiformis. *Linn. Spec.* 1619. *Hall.* 1924. 1916. 1915. 1946. *Neck. M. M.* 56. *Weiſ. P. c.* 93. h

H. in ſterilibus montoſis *am Galgen Berg*, *Rehberg* & *Homberg*, infrequens.

985. Lichen, *digitatus*, ſcyphifer ramoſiſſimus, ramis cylindricis, calycibus integris nodoſis. *Linn. Spec.* 1620. *Hall.* 1939. 1940. & β. var. *cornuta* 1910. *Neck. M. M.* 59. *Weiſ. P. c.* 91.

H. in ſterilibus montoſis *am Homberg*, alibique; β. in tectis ligneis ſemiputridis frequens.

986. Lichen, *cornutus*, ſcyphifer ſimpliciuſculus ſubventricoſus, calycibus integris. *Linn. Spec.* 1620. *Hall.* 1903. & forte 1902. 1903. 1904. 1905. 1906. *Neck. M. M.* 59. *Weiſ. P. c.* 86. c.

H. in ericetis & ad truncos arborum putridos copioſe paſſim.

987. Lichen, *deformis*, ſcyphifer ſimpliciuſculus ſubventricoſus, calycibus dentatis. *Linn. Spec.* 1620. *Hall.* 1904. 1938.

H. in montoſis ſterilibus muſcoſis *am Rehberg*, rarius.

h. *Fruticuloſi.*

988. Lichen, *rangiferinus*, fruticuloſus perforatus ramoſiſſimus, ramulis nutantibus. *Linn. Spec.* 1620.

α. alpeſtris. *Hall.* 1957. *Weiſ. P. c.* 95. } Lich. alpeſtris.
β. ſylvaticus. *Hall.* 1956. } *Neck. M. M.* 68.

H. α. in montoſis editioribus *am Galgenberg*; *Rebberg*; β. in ſterilibus montoſis ubique copioſiſſime.

989. LICHEN, *uncialis*, fruticuloſus perforatus, ramulis breviſſimis acutis. *Linn. Spec.* 1621. *Hall.* 1960. L. *ceranoides. Neck. M. M.* 63. var. junior.

H. in ericetis, inter L. *ſubulatum*, *am Galgen-Berg*, infrequens.

990. LICHEN, *ſubulatus*, fruticuloſus ſubdichotomus, ramis ſimplicibus ſubulatis. *Linn. Spec.* 1621. *Hall.* 1955. L. *cornu cervi. Neck. M. M.* 64. β. *Weiſ. P. c.* 97.

H. ſimilibus locis ſterilibus montoſis paſſim.

991. LICHEN, *paſchalis*, fruticuloſus ſolidus tectus foliolis cruſtaceis. *Linn. Spec.* 1621. *Hall.* 1963. *Neck. M. M.* 66.

H. in ſterilibus montoſis *im Thiergarten*; unicum tantum ſpecimen a Filio *H. P.* lectum: *Caule & ramis lignoſis ſolidis, intus non cavis; Tuberculis foliolisque pulverulentis glomeratis fere totis obtectis*, poſſideo.

992. LICHEN, *caſtaneus*, fruticoſus, durus, caſtaneus, ſurculis ſpinoſis. *Hall.* 1965. *Dillen. H. M.* 112. T. 17. f 31.

H. in ericetis montoſis inter L *ſubulatum am Homberg*; *Beilſtein*, alibique copioſe.

Caulis *bipollicaris, ramoſiſſimus, erectus, compreſſo-lacunoſus, glaber, nitidus, ſpadiceus, axillis non perforatis, interne medulla farctus arachnoidea*. Ramis *copioſiſſimis, valde diviſis & ſubdiviſis, ciliatis; in ſicco, duris hiſpidis: in humido, molliſſimis.* Scutellæ *in caule & majoribus ramis terminales, rufa, marginata, radiata: lacinulis ſetaceis confertis inaequalibus. Caulium baſis ſæpe ſanguineo-maculata; hinc L. islandico forte adfinis.*

993. LICHEN, *quisquiliaris*, fronde cinerea, ſcabra, ramis brevibus acutis, ſcutellis nigerrimis. *Hall.* 2026. *Mich. N. G.* p. 78. T. 53. f. 8.

H. in rupium cavernulis, *am Geiſtlichen Berg*; alibique frequens, muſcis intermixtus.

*Tenerrimi fruticuli, albidi, erecti, ramoſiſſimi, ramulis acutis; furfure albido tectis. In aliis individuis durioribus minusque ramoſis*: Tubercula *terminalia, conferta, atro-fuſca.*

i. *Filamentoſi.*

994. LICHEN, *barbatus*, filamentoſus pendulus ſubarticu-

articulatus, ramis patentibus. *Linn. Spec.* 1622. *Hall.* 1970. *Neck. M. M.* 71. *Weiſ. P. c.* 100.

H. in ſylvis, *in der Hörre* frequens.

995. LICHEN, *jubatus*, filamentoſus pendulus: axillis compreſſis. *Linn. Spec.* 1622. *Hall.* 1968. *Neck. M. M.* 72. *Weiſ. P. c.* 101.

H. in ſylvis, ad arborum truncos *in der Hörre*; *im Thiergarten* frequens.

996. LICHEN, *lanatus*, filamentoſus ramoſiſſimus decumbens implicatus opacus. *Linn. Spec.* 1623? *Hall.* 1967. *Neck. M. M.* 73. β.

H. in rupibus, ſepimentiſque vetuſtis *im Thiergarten*, alibique.

*Noſter ramoſiſſimus, implexus, decumbens, fuſco-ater, ramulis capillaribus hirtis, per lentem lævibus; axillis compreſſis; tuberculiſque exiguis uti in præcedente, cujus varietas eſt.*

997. LICHEN, *pubeſcens*, filamentoſus ramoſiſſimus decumbens implexus nitidus. *Linn. Spec.* 1623? Usnea nigra, ſetæ equinæ facie, parum ramoſa. *Dillen. H. M.* 67. T. 13. f. 11.

H. in rupibus, ericetis, inque ſylvis; *am Homberg* alibique frequens.

Fila *capillaria ſpithamæa ſ. dodrantalia, ſubramoſa, nigra, glabra, nitida, teretia, ſetam equinam exacte referentia; ſoli obverſa pellucida, purpurea, intus medulla candida farcta; exſiccata rigida, linearia, planiſſima, ſpiraliter contorta, ſubviolacea.* Rami *pauci, breviores, remoti, patentiſſimi; quibus circumgyrando Hypna conſtringit, ut difficile ſeparari queant. Filorum baſis ſemper ſolitaria, fruſtulo ligni ſeu folio putrido, immo etiam ipſis Muſcis, adnata.*

998. LICHEN, *chalybeiformis*, filamentoſus ramoſus divaricatus decumbens implicato-flexuoſus. *Linn. Spec.* 1623. *Hall.* 1969. *Neck. M. M.* 73.

H. in ſepimentis vetuſtis *im Thiergarten* rarius.

999. LICHEN, *hirtus*, filamentoſus ramoſiſſimus erectus, tuberculis farinaceis ſparſis. *Linn. Spec.* 1623. *Hall.* 1973. *Neck. M. M.* 69. *Weiſ. P. c.* 101.

H. in ſylvis, ad arbores ſepimentaque paſſim.

1000. LICHEN, *floridus*, filamentoſus ramoſus erectus,



Digitized by Google

ctus, ſcutellis radiatis. *Linn. Spec.* 1624. *Hall.* 1972. *Neck. M. M.* 69. *Weiſ. P. c.* 102.

H. in ſylvis cum præcedente paſſim; in ſepimentis vetuſtis *im Thiergarten.* Scutellis *maximis ultra pollicem latis.*

## BYSSUS G. P. 1208.

### *Lanugo* aut *Pulvis* ſimpliciſſimus. S. N. 721.

a. *Filamentoſa.*

1001. Byssus, *Flos aquæ*, filamentis plumoſis natantibus. *Linn.* S. N. 721. *Spec.* 1637. *Hall.* 2113.

H. in omni aqua ſtagnante, ſuperficiei innatans.

1002. Byssus, *phoſphorea*, lanuginoſa violacea lignis adnaſcens. *Linn. Spec.* 1638. *Neck. M. M.* 1.

H. in corticibus rimoſis ſemiputridis arborum paſſim.

1003. Byssus, *velutina*, capillacea viridis: filamentis ramoſis. *Linn.* S. N. 721. *Spec.* 1638. *Hall.* 2101. *Neck. M. M.* 2. *Weiſ. P. c.* 12.

H. in terra humida umbroſa, in hortis paſſim.

1004. Byssus, *aurea*, capillacea pulverulenta, fructificationibus ſparſis, filamentis ſimplicibus ramoſiſque. *Linn. Spec.* 1638. *Hall.* 2106. *Neck. M. M.* 1. *Weiſ. P. c.* 13.

H. in rupibus, muſcos veſtiens, inter *Mn. hornum*, & *Lich. ſaccatum*, *am Weg nach dem Thiergarten zu.*

1005. Byssus, *floccoſa*, evanida flocoſa nivea. *Leyſ. Fl. Hal.* 1045. B. *cellaris* Weiſ. *P. c.* 18. *Hall.* 2108.

H. in cellis ad dolia frequens.

1006. Byssus, *nigra*, velutina. *Hall.* 2104. *Dillen.* H. M. 9. T. 1. f. 18.

H. in rupibus *am Geiſtlichen Berg* alibique frequens. *Pulvillos format ambitu pollicares, aterrimos, pannum velutinum atrum exacte referentes*: Filamentis *erectis conſtat ramoſiſſimis.*

b. *Pulverulenta.*

1007. Byssus, *antiquitatis*, pulverulenta atra. *Linn. Spec.* 1638. *Hall.* 2081. *Weiſ. P. c.* 14.

H. in muris antiquis, & tectis ſchiſteis paſſim.

1008.

1008. Byssus, *ſaxatilis*, pulverulenta cinerea rupes operiens. *Linn. Spec.* 1638. *Weiſ. P. c.* 17. Lich. *ſegeſtria. Neck. M. M.* 113.

H. in ſaxis *am Homberg*, ubique frequens.

1009. Byssus, *candelaris*, pulverulenta flava lignis adnaſcens *Linn Spec.* 1639. *Hall.* 2096. Lichen. *Neck. M. M.* 112. *Weiſ. P. c.* 15.

H. in cortice arborum, parietibus antiquis, Februario frequens.

1010. Byssus, *botryoides*, pulverulenta viridis. *Linn. Spec.* 1639. *Hall.* 2089. Lichen. *Neck. M. M.* 111. *Weiſ. P. c.* 15.

H. in terra humida umbroſa paſſim.

1011. Byssus, *incana*, pulverulenta incana, farinæ inſtar ſtrata. *Linn Spec.* 1639. *Hall.* 2094. *Weiſ. P. c.* 16. Lichen. *Neck. M. M.* 112.

H. in cortice rimoſo arborum, inque terra.

1012. Byssus, *lactea*, pulverulento-cruſtacea albiſſima. *Linn. Spec.* 1639. *Hall.* 2093. *Weiſ. P. c.* 17. Lichen. *Neck. M. M.* 113.

H. in arborum truncis, muſcos veſtiens.

** *Aquaticæ.*

## TREMELLA. G. P. 1204.

*Fructificationes* vix manifeſtæ, in corpore gelatinoſo. S. N. 714.

1013. Tremella, *juniperina*, ſeſſilis membranacea auriformis fulva. *Linn. Spec.* 1625. *Hall.* 2260.

H. in Junipero, aliiſque lignis putridis primo vere *am Homberg* frequens.

1014. Tremella, *Noſtoc*, plicata undulata. *Linn. Spec.* 1625. *Hall.* 2041. Lichen. *Weiſ. P. c.* 29. *Dillen. H. M.* T. 10. f. 14.

β. *Dillen. H. M.* T. 10. f. 15.

H. α. Viridis *membranacea undulato-plicata, ſemper fructificatione deſtituta* in pratis poſt pluvias, & inter muſcos frequens; β. Nigreſcens *gelatinoſa, craſſa, reticulato-plicata, fructificationibus ſparſis conicis*, in truncis *arborum* emortuis paſſim. Floret hyeme.

1015.

1015. Tremella, *purpurea*, ſubgloboſa ſeſſilis ſolitaria glabra. *Linn. Spec* 1626. *Weiſ. P. c.* 30.
H. in arborum inprimis Mali ramis emortuis frequens.

## ULVA. G. P. 1206.

*Fructificationes* in membrana diaphana. S. N. 719.

1016. Ulva, *granulata*, globoſa farcta viridis. *Linn.* S. N. 720. *Mant.* 136. *Spec.* 1633. *Tremella globoſa. Weiſ. P. c.* 28. *Conferva Hall.* 2123?
H. in agris humidis *hinter dem Schloſs* autumno; ſphærulis majoribus aggregatis, viridibus, farctis, pellucidis: ad ripas *Dille auf dem Hinter-Sand*, primo vere frequens.

## CONFERVA. G. P. 1207.

*Tubercula* inæqualia in fibris capillaribus longiſſimis. S. N. 720.

a. *Filamentis ſimplicibus, æqualibus, geniculis deſtitutis.*

1017. Conferva, *rivularis*, filamentis ſimpliciſſimis æqualibus longiſſimis. *Linn. Spec.* 1633. *Hall.* 2115. *Neck. M. M.* 3. *Weiſ. P. c.* 20.
H. in rivulis *auf der Herrn Wieſe*; *in der Dille* frequens.

1018. Conferva, *fontinalis*, filamentis ſimpliciſſimis æqualibus digito brevioribus. *Linn. Spec.* 1633. *Hall.* 2114. *Neck. M. M.* 4. *Weiſ. P. c.* 21.
H. ad canalium oras aquas ducentium *im Kallenbachs-Grund*.

b. *Filamentis ramoſis, æqualibus.*

1019. Conferva, *bulloſa*, filamentis æqualibus raramoſis bullas aëreas includentibus. *Linn. Spec.* 1634. *Hall.* 2120. *Neck. M. M.* 3. *Weiſ. P. c.* 22.
H. in aquis ſtagnantibus, *im Juden-Weyer*, alibíque.

1020. Conferva, *canalicularis*, filamentis æqualibus baſin verſus ramoſioribus. *Linn. Spec.* 1634. *Hall.* 2118. *Neck. M. M.* 5. *Weiſ. P. c.* 23.
